DE PATRONIS COLONIARUM ATQUE MUNICIPIORUM ROMANORUM.

QUAESTIO EPIGRAPHICA.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB

AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE

IN

ACADEMIA FRIDERICIANA HALENSI

CUM VITEBERGENSI CONSOCIATA

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

AEMILIUS SEBASTIAN

SAXO-ALTENBURGENSIS.

HALIS SAXONUM,

TYPIS DRISCHMANIANIS

MDCCCLXXXIV.

De patronis coloniarum atque municipiorum. Quaestio epigraphica.

Vix ulla alia inveniri potest civitas, in qua vetustissima praecepta juris et instituta privata publicaque, quantum per res temporibus commutatas, quibus illa aptari et accomodari necesse erat, fieri potuit, eadem perseverantia et constantia conservata sint atque in civitate Romana. Videmus enim, ut exemplo utar, veterem regiam potestatem, quae referenda est ad illam potestatem, quam pater familias habebat, etiam aetate liberae reipublicae, quamquam duobus viris delatam, tamen unam atque eandem se praebuisse, cum uterque consul idem quod rex habuerat, imperium haberet. Item senatus quoque, antiquissimis jam temporibus exemplum consilii familiaris imitando institutus, ne imperatorum quidem aetate esse desiit. Atque ut haec, ita etiam aliud institutum, quod initio ad privatos tantum homines pertinebat, postea eadem principia secutum cum ad territoria (provincias et oppida,) tum ad collegia hominum delatum est, eandem rationem et naturam servavit et usque ad ultima tempora imperii Romani valuit: patronatum dico. — Patronatus autem posteriore tempore quattuor genera sunt distinguenda: primum patronatus privatus sive singulorum hominum, secundum patronatus urbium (coloniarum municipiorumque,) tertium patronatus provinciarum, quartum collegiorum sive sodalitatum hominum, quae genera ita inter se congruunt, ut omnia ex eadem necessitate defensionis et tutelae exorta idem sequantur et expetant.

De secundo genere, patronatu coloniarum et municipiorum, ut quaestionem denuo instituere audeam, eo potissimum adducor, quod proximis annis inscriptionum copia, e quibus ut omnium rerum municipalium, ita patronatus urbium cognitio maxime haurienda est, voluminibus corporis inscriptionum latinarum valde auctis, ita crevit, ut iis, quae viri docti

de hac re adhuc protulerunt, [1]) nonnulla adjicere eorumque sententias aut aliis documentis fulcire aut corrigere posse mihi videar. Neque inutile esse mihi videbatur, omnes, si fieri potest, res, quae de patronis urbium traditae in virorum doctorum disputationibus hic et illic dispersae prolatae sunt, uno quasi volumine complecti.

Dicendum igitur mihi est primum de origine et natura generali, deinde de hereditate patronatus urbium, post de ordine patronorum, tum de patronis complurium urbium, tum de cooptatione, postremo de officiis et honoribus patronorum urbium.

---

[1]) De pratronatu coloniarum et municipiorum perpauci viri docti copiosiorem et ad omnes partes pertinentem quaestionem instituerunt. Nam praeter ea, quae Sigonius „de antiquo jure Italiae“ (Bononiae 1574) l. II, c. 4 pg. 233, Marinius „fratelli arvali“ pg. 121 sqq., Oliverius „marmor Pisaurense“ pg. 782 sqq. de hac re occasione data disputaverunt, primus **Costanzo Gazzera,** qui in „Memorie della Regia academie di Torino“ tom. XXXV (quod opus me inspicere non potuisse doleo) tabulas patrocinales collegit et explicavit, viam, qua ad rationem patronatus melius cognoscendam perveniri posset, aperuit. — Deinde **Dirksenius** „Civilistische Abhandlungen“ Berol. 1820 vol. II. pg. 61 sqq. de patronatu urbium accuratius disseruit; qui patronatus origine et ratione tractata et discrimine, quod inter urbium patronos et defensores posterioris temporis interest, enucleato, saeculis tertio et quarto p. Chr. patronatum, omni vi orbatum, non delatum esse nisi ut oppida sive magistratibus Romanis sive civibus ipsorum spectatis et honestis blandirentur, contendit. —

Cui Dirksenii sententiae repugnans **Philippius** „Zur Geschichte des Patronats über juristische Personen“ Musei Rhenani vol. VIII 1853 pg. 497 sqq. etiam posteriore tempore patronatum ita inanem non fuisse, ut honoris modo causa deferretur, docere studuit. Idem vir doctissimus, jurisconsultorum et inscriptionum auctoritate nisus patronos et defensores-quam rem jam Dirksenius attigerat-plane discernendos esse, tam perspicue explicavit, ut huic rei vix quidquam possit addi. Statuit enim, defensores, voluntate et auctoritate imperatoris a municipibus in tempus certum creatos, proprium magistratum gessisse neque eodem tempore una in urbe compluribus hominibus defensoris munere fungi licuisse (pg. 517); patronos a civibus tantum, imperatoris auctoritate omissa, cooptatos neque in numero magistratuum propriorum habendos esse et complures in eadem urbe esse potuisse. —

Post Philippium, qui omnes hujus patronatus partes attigit, **Mommsenus** duobus in locis: Stadtrechte von „Malaca uud Salpensa“ in „commentariis Regiae Saxonicae societatis litter“ vol. III pg. 452 sqq. et in „Ephemeride epigraphica“ II (1872) pg. 146 sqq. de cooptatione imprimis et ratione patronorum egregie disseruit. — Nonnulla profert **Herzogius** quoque in „Galliae Narbonensis historia“ pg. 226—229 et 253/54. — Praeterea cf. Pauly „Realencyclopädie“ s. v. „patronus“; Marquardt „Röm. Staatsverwaltung“ I pg. 400 et 505 sqq. —

I.

De patronatus urbium origine et natura generali.

Ut quomodo patronatus urbium exortus sit quamque vim habuerit, facilius cognoscamus, haud inutile videtur perpaucis explanare, quae fuerit origo et natura patronatus privati, quem primum et quasi exemplar omnium fuisse constat.

Cum vetustissimo tempore civitatis Romanae gentibus sive patriciis solis, qui a ceteris incolis urbis sejuncti et secreti erant, ut ad rempublicam accedere, ita jura publica privataque habere liceret, fieri non potuit, ut ii, qui e gentibus non erant, quamquam ipsi liberi, ab injuriis se defenderent et litem suam facerent. Quare hos omnes gentium ideoque juris expertes, ut praesides aliquo uterentur neve toti libidini patriciorum subjicerentur, in alicujus patricii clientelam se dare ejusque defensione et tutela uti necesse erat. Qui autem commodis et juri illorum serviebat eosque quasi cum gentibus et civitate conjungebat, nomen accepit patroni. Atque eadem fere ratione, quae Romae inter gentes et eos homines, qui gentium non erant, intercedebat, utebantur postea etiam singula oppida, quae a Romanis, finibus imperii longius propagatis, in ditionem redacta erant. Cives enim illorum, etsi ipsi libertatem servaverant, tamen omni jure carebant publico. Quae oppida, ne libidini Romanorum plane traderentur atque ut eorum partes agerentur apud populum Romanum, cives Romanos eligere solebant, quorum auctoritate et auxilio uterentur, si quid iis cum Romanis agendum esset. Quare ut patroni singulorum hominum, ita patroni oppidorum inveniuntur. —

Jam quaerentibus nobis, quo tempore primi instituti sint patroni oppidorum, nullum aliud certum testimonium est quam Dionysii Halic, qui eos jam aetate Romuli institutos esse dicit. (II, 11). Nam apud scriptores et in inscriptionibus

posteriore demum tempore commemorantur patroni. Liv. XXV, 99 et XXX, 36 Marcellos circa a. 212 patronos Syracusarum fuisse narrat, in titulis autem vetustissimum invenimus patronum commemoratum Ti. Claudium, cui inter a. 571—602 ab urb c. Fundani tabulam patronatus attribuerunt (J. N. 4139), sed ita eorum mentio fit, ut jam antea oppidis fuisse patronos nobis concludendum sit. Quare, quamquam exempla desunt, tamen non est, cur dubitemus, quin antiquissimis jam temporibus regni Romani patroni urbium fuerint, praesertim cum et res ipsa et Ciceronis verba id comprobare videantur, e quibus eos, qui civitates et nationes bello devictas in fidem recepissent, eorum patronos fuisse „*more majorum*" ('de offic I, 11, 35) cognoscimus.

Atque patronatum urbium sensim ita pervulgatum esse, ut omnia oppida Italiae et plurimarum provinciarum [1]) tutela patronorum uterentur (cf. Appian b. c. II, 4 *ὥςπερ ἁπάσαις πόλεσιν ἔστι τις ἐν Ῥώμῃ προστάτης*), et usque ad saeculum quintum p. Chr. viguisse, permulti tituli et scriptorum loci docent. Recentissimus autem omnium — ut id quoque hoc loco afferam — titulus, in quo patronatus urbium memoria fit, exstat is, quo Interamnates Lirinates a. 408 p. Chr. M. Sentium Redemptum, cum optime de iis meritus esset, honoraverunt. (C. J. L. X., 5349). — Neque mirum est, quod patronatus tam diu valuit. Nam etiam tum, cum omnis potestas, quae penes populum Romanum fuerat, in imperatorem transierat, oppidis non solum utile, sed etiam necessarium erat patronos habere, per quos ab injuriis et avaritia magistratuum, quos imperator mittebat, defenderentur et quodcumque ipsorum rationibus conduceret, coram imperatore ipso agerent. —

Patronatus naturam et vim ejusmodi fuisse, ut in numero honorum, qui proprie dicuntur magistratus, haberi non possit, cum ex aliis rebus tum ex eo potissimum apparet, quod persaepe cum hospitio conjunctum eum esse in titulis invenimus [2]); qua ex re, ut hospitium, ita patronatum in fide et pietate positum fuisse intellegitur. Item magistratus naturae repugnat hereditas patronatus, de qua nunc nobis dicendum est.

---

[1]) In provinciis Britannia et Aegypto patroni non inveniuntur.

[2]) Hospitii memoria fit in tabulis patrocinalibus: J. N. 4139. (Fundi a. 507 ab urb. c.); VIII, 68 (Gurza a. 742 ab. urb. c.); V, 4920. 4921. 4922 (Themetra civitas. a. 27 et 28 p. Chr. n.); VIII, 69 (Gurza a. 65 p. Chr. n.); VIII, 8837 (Tupusuctu a. 55 p. Chr. n.); X, 7485 (Uselis a. 158 p. Chr. n.); II, 2960 (Pompaelo a. 185 p. Chr. n.); J. N. 6792 (Thaenit a. 321 p. Chr. n.); Or-Henz. 1079 (Faustianensium civitas a. 321 p. Chr. n.)

II.

De hereditate patronatus urbium.

Quominus pratronos in tempus cooptatos esse, non perpetua dignitate fruitos esse putemus, impedit cum tota natura patronatus, quem, cum e ratione, quae intercedebat inter patrem et familiam, profluxisset [1]), non magis quam illam necessitudinem dissolvi potuisse apparet, tum verba „patronus perpetuus" [2]) in nonnullis titulis exstantia. Sed etiam posteris patronorum urbium hereditate relictum esse illum honorem, omnes fere viri docti [3]) permultis argumentis nixi statuerunt. Nam in plerisque decretis patrocinalibus et cives aliquem, liberos posterosque ejus cooptasse patronos, et illum cives ipsos, liberos posterosque eorum in fidem clientelamque suam suorumque recepisse, legimus et in multis aliis titulis haec verba invenimus: „jam ab origine patronus" [4]) „ab atavis patronus" [5]) „ab avo et majoribus patronus" [6]) „patronus longe a majoribus originalis" [7]). — Quibus exemplis quamquam patronatum fuisse hereditarium satis comprobatur, tamen nonnullas invenio res, quibus commoveor, ut cum Philippio (l. l. pg. 516/17) arbitrer, interdum hanc normam, qua patronatus a majoribus tradebatur posteris, neglectam esse.

---

[1]) cf. Festus [ed. Müller pg. 253] s. v „patronus": „patronus a patre cur ab antiquis dictus sit, manifestum, quia ut liberi, sic etiam clientes numerari inter domus familiam quodammodo possunt".

[2]) C. I. L. X, 7240. VIII, 1222.; VIII, 1181.

[3]) cf Dirksen l. l. pg 61; Hübneri adnot. ad C. I. L. II, 2860, Philippi l. l. pg. 517.

[4]) X, 1815 [a. 161 p. Chr.]; X, 6816 X, 3857 [post Alexandram Severum]; IX, 1568 [quarti saeculi].

[5]) X, 1591 [post a. 333 p. Chr.]

[6]) IX, 1684.

[7]) X, 3860 [post a. 333 p. Chr. n.]

Etenim si patronatus semper a patre filiis traditus esset, cur Agbiae, cujus urbis patronatum tempore Antonini Pii gessit Cincius Victor, filius ejus M. Cincius Felix Julianus proprio decreto populi patronus expostulatus et creatus est? [1]) Atque quomodo fieri potuit, ut Paestani a. 344 p. Chr. n. Helpidio tabulam patronatus, quae jam parentibus ejus tradita erat, denuo offerrent et cuperent, ut ille eam susciperet, si patronatus dignitatem hereditate ipsa a parentibus accepisset? [2]) Huc accedit, quod in nonnullis decretis patrocinalibus nulla fit mentio liberorum vel posterorum patroni. Genusiae enim — quod exemplum jam Philippius affert — de Flavio Successo tantum cooptando patrono quinquennales in curia verba fecerunt; liberi ejus ut item fierent patroni, non decreverunt. [3]) Neque ullo modo in decreto Paestanorum a. 337 insculpto [4]), quo tabula patronatus Aurelio Gentiano oblata est, liberos ejus participes illius dignitatis factos esse videmus. — His exemplis adjiciam titulum Cordubae repertum: II, 2210. „Fl. Hygino v. c. comiti et praesidi provinciae Mauretaniae Caesariensis [5]) ob merita justitiae ejus tabulam patronatus post decursam administrationem ordo Tipasensium optulit“, quamquam in eo brevitatis modo causa liberos omissos esse facile credi posse concedo.

Patronatus dignitatem plerumque toti familiae patroni cooptati tributam esse, ex compluribus titulis apparere videtur, qui (cf. supra) aliquem „cum liberis posterisque patronum cooptatum esse“, vel „in clientelam domus suae“, [6]) „in clientelam suam suorumque“ [7]) oppidum recepisse tradunt. Neque vero desunt tituli, e quibus cum non ad omnes patroni alicujus filios honorem et officia patronatus pertinuisse, tum patre vivo

---

[1]) VIII, 1548. Cincius C. f. Arn. Victor, cum ad tuendam rempublicam suam ex consensu decurionum omnium jam pridem patronus factus esset, porticum templi — restituit — epulum dedit, cumque propter ejusdem Cinci Victoris merita, quae circa rempublicam suam et cives universos exhibuisset, M. Cincium Julium Julianum fil ejus ex consensu et favore patronum expostulassent et fecissent, Cincius Victor pater ejus statuam Fortunae dedicavit et sportulas — dedit.

[2]) X, 478 = Wilm. 2860.

[3]) J. N. 591 = Or. Henz. 6416 [a. 395 p. Chr. n.]

[4]) X, 476.

[5]) Diocletiano imperante is, qui praefuit Mauretaniae Caesariensi nomen accepit „praesidis“, quod retinuit etiam tum, cum Mauretania Caesariensis divisa est in Mauretaniam Caesariensem et Sitifensem [Marqu. R. St. V. I pg. 326]. Titulum igitur ante Diocletianum insculptum non esse apparet.

[6]) J. N. 6034 Wilm. 2853.

[7]) X, 7845.

filios patronatus honore non fructos esse conjicere liceat. In titulo enim:

J. N. 5473 „L. Vibius Severus IIII vir quinqu. splend. eques Rom. patronus civitatis Superaequanorum, item patronus civitatis Anxatium Frentanorum et Peltuinatium Vestinorum; hic ob honorem aedilitatis T. Vibii Rutilii filii sui equ. R. ad deam Pelinam primus huic loco venationem edidit, deinceps ludos sollemnes. L. Vibius Nepos filius aed. IIII vir j. d. equ. Rom. patronus civitatis ob nomen fratris sui titulum publice dedicavit (a. p. Chr. 271)“ patrem et alterum filium (Nepotem), qui aetate major fuisse videtur, patronos civitatis nominatos videmus, alterum filium Rutilium patronatus participem fuisse non legimus. — Carseolis (cf. infra III, C. 24) M. Metilius Repentinus patronatum coloniae gessit, filius ejus Successus patronus coloniae habitus esse non videtur, sed patronatus ordinis Augustalium et collegii dendrophorum susceperat. Jam in titulo Ausculi reperto IX, 669: „L. Vinio L. f. Pap. Frontoni aed. j. d. ob merita Vinni Flaviani, patroni municipii, trib. mil., patris ejus . . . . .“ Flavianus pater nominatur patronus municipii, Frontoni filio ejus aedilitas j. d. tantum, non patronatus municipii tribuitur, quem, si gessisset, aedilitate allata non facile potuisse omitti puto. — Quibus rebus commotus rem ita se habuisse suspicor, ut si quis patronus urbis cooptatus erat, tota ejus familia, ut consentaneum est, patronatus honoris particeps fieret, sed muneribus et officiis patroni is tantum, cujus nomen in decretis scriptum erat, fungeretur. Post mortem patroni imprimis filius natu major patronatus munera obiit.

III.

De ordine patronorum urbium.

Considerantibus nobis, quo consilio patronatus institutus sit, ad hanc dignitatem suscipiendam homines imprimis illustres et nobili loco natos ab oppidis electos esse consentaneum esse videtur, quod eo plura commoda ex patronatu percipiebant oppida atque eo melius eorum partes apud populum Romanum sive imperatorem agi poterant, quo majore auctoritate et potestate in republica Romana patroni eorum utebantur. Quod titulis quoque comprobatur, e quibus plurimos viros, qui patronatu alicujus urbis fungebantur, e summis reipublicae Romanae ordinibus fuisse cognoscimus. Nam in albo Thamugadensi (Ephem. epigr. III pg. 78) omnium XIII virorum, qui appellantur patroni illius coloniae, decem viri clarissimi, duo viri perfectissimi nominantur, unius tantum nomini talis nota non adjecta est; itemque album Canusinum a. 223 p. Chr. n. insculptum (C. J. L. IX, 338 = J. N. 635) patronos XXXI senatorii, VIII equestris ordinis praebet.

Atque ut haec alba ejusdem oppidi patronorum maximum numerum effici a senatoribus et equitibus docent, ita, si singularum urbium tituli inter se comparantur, senatoriae et equestris dignitatis patronos numero praevalere videmus idque ita, ut ex circiter 500 patronis in titulis commemoratis c. 175—180 senatorii, c. 140—145 equestris ordinis perspicue significentur, ad quos multi alii, qui nunc dignitatis habendi sunt incertae, sine dubio accederent, nisi permulti tituli nominibus et honoribus deletis mutilati essent.

Sed priusquam de his viris plura dicamus, nonnullos alios patronos, qui senatores ipsos dignitate et auctoritate superabant, afferamus necesse est. Ac primum quidem jam ante aetatem imperatoriam C. Julium Caesarem, pontificem

maximum, cos., quibus honoribus a. 707/8 ab. urb. c. functus est, patronum municipii Bovianensis fuisse videmus. (Wilmanns „exempla“ 1108). Eundemque virum praeclarissimum cives urbis Saticulae patronum habuerunt, ut docet C. J. L. IX, 2242 a. 711 ab. urb. c. positus. Postea a. 723 ab. urb c. imperatori Caesari divi Julii f. imper. VI, cos. III patrono Capuae statua ponitur. (J. N. 3591). — Atque cum respublica Romana in unius viri potestatem venisset, interdum filii imperatorum patronatum urbium accipiebant. Itaque C. Caesar, nepos Augusti et ab eo adoptatus, et Nemausi in Gallia Narb. [1]) a. 753 ab. urb. c. et inde ab incerto tempore reipublicae Uliensis [2]) patronatum gessit Idem vel frater ejus, L. Caesar — nam ad hos principes, non ad Tiberium hunc titulum pertinere Hübnerus consentiente Mommseno suspicatur — in titulo Salariae reperto nominatur patronus (C. J. L. II, 5093 c. ad. n. Hübneri). In titulo autem Pisensi (Wilm. 883) legimus, a. d. XIII kal. Octobr. anni incerti Pisis in foro a II viro Canio Saturnino verba facta esse, ut honores L. Caesaris, Aug. Caesaris patris patriae f., auguris, cons. designati, principis juventutis, patroni coloniae augerentur; ad quem L. Caesarem titulus quoque Albae Fucentis IX, 3914 pertinet: „L. Caesari Aug. f. principi juventutis, aug., cos. des., patrono“. — Jam Tiberium colonia Carthago Nova (Ephem. epigr. III, n. 53) et, si recte Hübnerus supplet verba tituli mutilati C. J. L. II, 1113, colonia Italica in Hispania sita habuit patronum. — Atque ut filii, ita gener quoque Augusti, M. Vipstanius Agrippa, patronatum trium urbium gessit: Gnathiae IX, 262, praefecturae Reatinae IX, 4677 (M. Agrippai L. f. cos. III [3]) praefect. Reatin. patrono), Cubulteriae J. N. 3938. —

Sed posteriore tempore nullum invenimus principem, qui patronatum alicujus urbis susceperit, nam Tacitus, qui nominatur patronus Interamnae Nahartium in inscriptione a. 273 p. Chr. n. insculpta; Wilm. 1038: „Divo Claudio Gothico Maximo Pio Felici - ordo Interamnatium arcum triumphis insignem dedicavit M. Cl. Tacito cur. patrono“ exemplo esse non potest, quod et valde dubium est, num vera sit inscriptio, et, si vera est, Tacitus eo anno, quo arcus

---

[1]) Herzog „Gallia Narb.“ pg. 227 et append. epigr. n. 96.

[2]) C. J. L. II, 1525. 1526.

[3]) Tertio consulatu Agrippa functus est a. 27 p. Chr. n.

positus est, nondum ad imperium pervenerat, sed senatoriae tantum dignitatis erat.

Praeter principes autem virum quoque regiae stirpis patronatu functum esse cognoscimus ex titulo Carthaginis Novae C. J. L. II, 3417: Regi Jubae, regis Jubae filio, regis Hiempsalis nep., regis Gaudae praen., regis Massinissae praen. II vir quinqu. patron. col. —

Imperatores ipsos patrocinio urbes defendisse Hübnerus negat [1]) summo jure, ut mihi videtur. Nam si revera patroni erat, voluntatem urbis coram imperatore exprimere ejusque causam apud eum agere [2]), imperatorem ipsum patronatum suscipere non potuisse apparet. Attamen unum exemplum est, quod huic opinioni repugnat:

C. J. L. X, 8305

C. Caesari Augusti f. — Imp. Caesari Divi f. Augusto — L. Caesari Augusti f.

pontifici maximo
cos. XI imp. XII [3])
trib. potest. XII
dec. et c(oloni) c(oloniae) V(eneriae) P(acensis) Aleriae
patronis.

His viris, qui erant ex familia imperatorum, allatis procedamus ad senatores, quorum titulos simpliciter enumerare satis habebo.

A. De patronis senatorii ordinis.

Patronorum numerum longe maximum fuisse ordinis senatorii, jam supra dixi. Senatorii autem viri inveniuntur hi:

I. Consulares (consulatu functi vel in consulares allecti):

J. N. 1946. 4988. 5206. IX, 331. (Canusium); 1123 (Aeclanum) 1568; 1572, 1575, 1591 (Beneventum); 2342 cos. design. (Allifae); 688 (Canusium); 2454 (Saepinum);

---

[1]) Adnot. ad. C. J. L. II, 5093.

[2]) Herzog „Gallia Narb.“ pg. 253 sqq.

[3]) Augustus fuit cos. XI, trib. postest XII a. 742/3 ab. urb. c.

2637 (Aesernia); X, 5322 (Interamna Lirinas), 1250 (Nola), 1111 (Nola), 1249 (Nola); 1706 (Puteoli); 3722, 3724 (Volturnum); 4750 (Suessa Aurunca), 4861 (Venafrum), 6006 (Minturnae), 6567 (Velitrae); 6083 (Formiae); 7845 (Thermae Himereae); 8342 (Velia). — II, 3556 (Ilici), 2210 (Corduba). — III, 2975, 2976 (Aenona); 4013 (Andautonia); 289, 290 (Antiochia), 1457, 1463 (Sarmizegetusa). — V, 7153 (Alba Pompega); 877 (Aquileja). — V, 1812 (Glemona); 5812 (Mediol.); 531 (Tergeste), 5356 (Calama); 3342, 3343 (Verona). —

VIII, 6048, 7049, 7059, 7012 (Cirta); 8326 (Cuicul) 4589, 4600 (cos. design.) (Diana), 4599 (Diana); 68 (Gurza) 2611 (Lamb.), 9047 Rusgina), 2392, 2361 (cos. design.), 2375, 2437 (Thamugas); 1860 (Therveste); 6706 (Tiddis) 84 (proc.) (Turris Tamaleni); 4209, 4230, 4232 (Verecundia) 1181, 1182 (Utica). — Herzog „Gallia Narb." app. ep. n. 110 (Nemausus). — Or.-Henz. 3764 (Mutina), 6048 (Tarquin), 956 (Clunia). — Wilm.: 1275 (Antinum), 1203 e. (Ardea), 1639 (Arretium), 1104 b. cos. des. (Mytil.), 1179 (Tibur). — Bulletin trimestriel des antiquités Africaines 1883 Janv. pg. 175 (Sicca); ibid. pg. 199 (Lambaesis); ibid. 1882 Octb. pg. 127 (Fulginia). — Bulletin épigraphique de la Gaule 1881 pg. 11 (Sala); ibid. 1882 pg. 356 (Thamugas); ibid. 1882 pg. 351 (Tham.) —

II. Praetorii.

J. N. 1879 (Abella). — X, 135 (Potentia), 525 (Salernum). — IX, 3667 (Marsi Marruc.) 2213 (Telesia), 5292 Terevent). — II, 3414 (Carthago Nova). — III, 335 allectus inter praetorios (Apamea); 1458 (Sarmizegetusa. — cf. Marquardt „R. St. V." pg. 408). — V, 4338 (Brixia cf. VIII 4591), 1874, 1875 (Concordia), 6781 (Eporedia); 7599 (Emanensis civitas), 5354 (Calama), 6419 (Ticinum), 3335 (Verona). — VIII, 4591 (Diana), 8837 (Tupusuctu). — Wilm. 1193 (Clusium). — Bulletin trim. des antiqu. Afric. 1882 Octbr. pg. 126 (Fulginia). — Herzog „G. N," append. epigr. 363 (Aquae Sextiae).

III. Aedilicii viri.

X, 1258 (Nola). — VIII, 971 aed. pl. design. (Neap.) — IX, 2339 aed. cur. design. (Allifae).

IV. Tribunicii viri.

X, 7237 inter tribunicios allectus.

V. Quaestorii viri.

X, 4580 (Cajatia), 5864 (Venafrum). — III, 384 (Troas). — V, 7782 quaest. design. (Albingaunum). — X, 6439. (Privern.)

VI. Tibuni laticlavii.

Herzog „G. Narb.“ append. epigr. n. 364 (Aquae Sextiae).

VII. Viri nota sola „clarissimi viri“ significati.

J. N. 1882 (Abella). — X, 521 (Salernum). 6008 (Minturnae), 1813 (Puteoli). — VIII, 210 (Cillium), 4233 (Verecundia). — Bulletin épigr. de la Gaule 1883 pg 191 (Sicca Veneris). —

Haec autem enumeratio satis docet, multo majorem numerum patronorum ordinis senatorii consulatum gessisse vel consules designatos fuisse, minorem praeturam administrasse. Rarius patroni aedilitate et quaestura, qua administrata in amplissimum ordinem recepti sunt, functi inveniuntur. —

Deinde de tempore statuendum est, omnibus temporibus, quibus patronatus vigebat, patronos cooptatos esse senatorii ordinis. Vetustissima enim exempla, quae nobis tradita sunt, praebent hujus dignitatis patronos, ut docet praeter illud, quod jam supra (pg. 6) attuli, exemplum Ciceronis, qni post consulatum a Capuensibus patronus adoptatus est (pro Sestio IV, 9) et Antonii triumviri, patroni coloniae Bononiae (Sueton „Octav.“ 17). Atque in titulis quoque prioris aetatis senatorii viri patronatu fungentes nominantur. Nam etsi dijudicari non potest, num T. Claudius, qui in illa inscriptione Fundana (cf. pg. 6) omnium vetustissima affertur patronus Fundanorum, fuerit senatorii ordinis, tamen titulus Capuensis (J. N. 3602) exhibet patronum urbis virum senatorium, L. Cornelium Balbum cons. a. 714 ab. urb. c., atque colonia Gurzensis (VIII, 68) a. 742 ab. urb. c. patronum cooptavit C. Domitium Ahenobarbum, qui consulatu a. 738 functus erat. Qui mos senatorios viros patronatu urbium honorandi non intermissus [1]) usque ad quartum vel quintum saeculum manebat, quod praeter multos titulos, qui consulares Campaniae a. 333 p. Chr.

---

[1]) cf. e gr. **I saecl.:** J. N. 1110, 5016. — X, 1258. — III, 4013. — V, 5812. — VIII, 8837. — **II saecul.:** X, 3863, 6006. — III, 1457. — V, 4338. — VIII, 98, 7036. — **III saecul.:** X, 3857; IX, 338; X, 521. — III, 289. — V, 1875. — VIII, 7049. — **IV saecl.:** J. N. 4757; IX, 2566; VIII, 210. —

institutos [1]) exhibent patronos urbium, exempla comprobant Petronii Probi cons. a. 371 p. Chr. (V, 3344), qui Veronae patronatum gessit, et Anicii Auchenii Bassi a. 383 praefecti urbi [2]), patroni Beneventi (J. N. 1418).

Nonnullos patronos senatoriae dignitatis, priusquam in illum amplissimum imperii Romani ordinem pervenirent, honoribus et muneribus municipalibus in eo oppido, in quo patronatum susceperunt, functos esse videmus. L. Eggius enim Ambibulus Cassianus Postumus patronus coloniae Aeclani, postquam II viratum oppidi gessit, ad militias equestres progressus est et imperatorum Trajani et Hadriani favore per singulos honorum gradus ad consulatum elatus est. J. N. 1110. — Venafri Sex. Pulfennius Salutaris Plotius Cilo primum praefectura II viratus j. d., deinde ter II viratu ipso, tertio cum quinquennalitate conjuncto, functus est, tum III viratum viar. cur. et quaesturam propraetoris prov. Achajae accepit. X, 4873 et 4864.

Itemque coloniae Augustae Troadensis patronus Sex. Quinctilius Valerius Maximus, II viralibus et sacerdotalibus ornamentis honoratus et praefectus fabrum, II vir j. d.; pontifex in colonia Troadensi factus, ad quaesturam Ponti et Bithyniae accessit (III, 384) et Urbisalviae vir senatorius, C. Salvius Liberalis Bassus, patronatum et quinquennalitem IIII gessit (IX, 5533 = Wilm. 1151).

In alio autem oppido patronatu, in alio munere municipali functus est M. Valerius Maximianus, qui in colonia Petovionensi pontificatum gessit, urbem Dianam patrocinio defendit (VIII, 4600). —

Neque solum muneribus municipalibus nonnulli patroni ordinis senatorii functi sunt in iis oppidis, quorum patronatu honorati sunt, sed etiam complures ibidem nati esse videntur, cum eandem tribum praebeant atque oppida. Ex iis, quos modo attuli, patronis Sex. Pulfennius M. f. *Ter.* Salutaris Venafri, quae urbs eidem tribui, Teretina, adscripta erat, natus erat; C. Salvius C. f. Vel. Liberalis Urbisalviae (trib. Velina), Sex. Quinctilius C. f. Ani. Valerius Troade (trib. Aniensis). His adjici possunt patroni:

---

[1]) Marquardt „R. St. Verw.“ I pg. 86. — Consulares Campaniae: J. N. 1422, 1429, 1431, 3607 et alii.

[2]) Marq. „l. l.“ I pg. 86 adn. 7.

Cajatiae (trib. Faleria) J. N. 3913: Qu. Gavius Qu. f. Fal. Fulvius Tranquillus quaest. urbis, quaest. prov. Narb., patronus municipii.

Veronae (trib. Poblilia) V, 3342. M. Nonius M. f Pob. Arrius Mucianus cos. (a. 201 p. Chr.) pr. XV vir. sacr. fac. cur. et patr. s. p. Veronensis.

Ticini (trib. Papiria) V, 6419. T. Didius M. f. Pap. Priscus — qu. propraet. prov. Galliae Narb., trib. plebis [1]), praet., municipii patr.

Auximi (trib. Velina) IX, 5830. C. Julius C. f. *Vel.* Oppius Clemens. —

Cirtae (trib. Quir.) VIII, 7044; M. Flavius T. f. *Quir.* Postumus. —

Saepini (trib Voltinia) IV, 2454 L. Neratio L. f. *Vol.* Prisco praef. aer. Sat. cos. leg. propr. in provinc. Pannonia, scribae quaest. — patrono.

Quae exempla satis docent, oppida, si fieri potuit, ex senatorum numero eos elegisse patronos, qui cum iis aliquo modo conjuncti erant, quod ibi sive nati erant sive domicilia habuerant honoresque municipales gesserant. Sed tantum abest, ut his exemplis nixus hujus generis tantum senatoriis viris ab oppidis patronatum mandatum esse putem — quod, cum non omnibus oppidis cives essent, qui ad dignitatem senatoriam pervenissent, omnino non semper fieri potuisse per se apparet — ut illa exempla quasi exceptiones et singularitates praebere statuam. —

B. De patronis ordinis equestris.

De equestris ordinis patronis quaestionem ita instituam, ut id potissimum explicetur, quae necessitudo et ratio inter patronos et oppida patrocinio eorum defensa intercesserit, sive — ut aliis verbis utar — num hi patroni aliquo praeter patronatum vinculo, vel natu vel honoribus sacerdotiisve municipalibus

---

[1]) Didius Priscus, quod tribunatum plebis gessit, ante Severum Alexandrum vixit, qui tribunatum plebis et aedilitates curulem plebejamque sustulit. (Momms. „R. Staatsrecht“ I pg. 459).

gestis, cum oppidis conjuncti sint. Singulis igitur oppidis, ubi fieri potest, tribum, in qua censebantur, apponam, ut, hac tribu cum patroni tribu comparata, num in eodem oppido, cujus patronatum gessit, eques natus sit, cognoscatur. Ac primum quidem eos patronos equestris ordinis ratione temporis habita componam, qui in iisdem, quorum patroni creati sunt, oppidis et nati videntur esse et honoribus muneribusque mere municipalibus functi sunt. Cujus generis patronum invenio M. Vettium Volentem, quem Neronis aetate statua honoravit:

1) Ariminum (trib. Aniens.) Wilm. 1617. M. Vettio M. f. Ani. Valenti mil. coh. VIII pr. benef. praef., donis donato bello Britannico — proc. imper. Caes. Aug. (sc. „Neronis" (Wilm.)) prov. Lusitaniae — patron. coloniae. Luccio Telesino C. Suetrio Paullino (coss. (a. 66 p. Chr.) —

Ejusdem filii titulum v. ibid. 2117. M. Vettio M. f. Ani. Valenti — II vir quinqu., praef., flam., auguri, patrono col.

Titi vel Domitiani temporis sunt tituli, quos dedicaverunt:

2) Augusta Taurinorum (trib. Stellatina) V, 7007: C. Valerio C. f. Stel. Clementi primipilari, II vir quinqu., flamini divi Aug. perpetuo, patrono coloniae, decuriones alae Gaetulorum, quibus praefuit bello Judaico sub divo Vespasiano Aug. patr.

3) Histonium (trib. Arniensis) J. N. 5250: M. Baebio M. f. Qu. n. Arn. Suetrio Marcello, equo publ., aed., quaest., IIII vir j. d., IIII vir quinqu. II, patrono municipii, flamini divi Vespasiani. —

Trajani tempore tituli positi sunt:

4) Firmi Piceni (trib. Velina). IX, 5363: L. Volcatio Qu. f. Vel. Primo praef. coh. I Noricor. in Pannonia [1]), praef. ripae Danuvii et civitatium duarum Boior. et Azalior., trib. mil. leg. V. Macedonicae in Moesia, praef. alae Pannonior. in Africa, II viro quinqu., flamini divorum omnium, patronus coloniae. —

---

[1]) Cohors I Noricorum in Pannonia erat a. 80, 84, 85; leg. V Macedonica in Morsia inter annos 70—127. Hanc inscriptionem Aschbachii sententia a. 100 p. Chr. insculptam esse affert Schünemannus „de hortibus auxiliariis" dissert Hal. 1883 pg. 15 squ. —

5) Dyrrhachii (trib. Aemil.) III, 607. C. Fl(avio) T. f. Aemil. Telluri Gaetulico, equo publ. honorato ab imper. Caes. Trajano Aug., praef. coh. II equitatae Hispanorum in Germania sup(eriore), II viro quinqu., pontifici, patrono coloniae.

Ad Hadriani aetatem pertinent tituli reperti:

6) Abellae (trib. Galeria). J. N. 1947: M. Marcio M. f. Gal Plaetorio Celeri quaest., II viro, centurioni leg. VII Geminae, cent· leg. XVI Fl. Firm., donis donato a divo Trajano bello Parthico — trib. coh. III vig., patrono coloniae.

7) Aeserniae (trib. Tromentina). J. N. 5024.: P. Septimo P. f. Trom. Paterculo, praef. coh. I Pannonicae in Britannia [1]), praef. coh. X Hispanorum in Cappadocia, flam. divi Trajani, patrono municipii, IIII vir j. d., IIII vir quiqu.. quaest. II d. d.

8) Rudiis (tribus non satis certa est, sed fortasse Fabia fuit) Wilm. 1828 = IX, 23. „Tuccio M. f. Fal. Cer . . . . exornato equo publ. a sacratissimo principe Hadriano Aug., patrono municipii, IIII viro, aedili, item aedili Brundisii. —

Antonino Pio imperante vixisse videntur hi, quibus dedicati sunt tituli:

9) Arimini (trib. Aniensis.) Wilm. 2114: L. Faesellio L. f. Ani. Sabiniano, proc. imper. Antonini Aug. Pii provinc. Pannoniae inferioris, procur. XX hered. regionum Camp., Apul., Calabr., equo publ., aug., III viro II quinqu., flamini, patrono coloniae — collegium centonar. patrono optimo.

10) Aeclani (trib. Corn.) J. N. 1135. C. Neratio C. f. C. n. C. pron. C. abn. Corn. Proculo Betitio Pio Maximiliano quaest., II viro quinqu., patron. colon., flamini divi Hadriani, cur. operum public. Venusiae dato ab divo Hadriano, cur. kal.

---

[1]) Cohors I. Pannonica in Britannia stationem habuit a. 106 p. Chr. (cf. Hübnerus ad. C. J. L. VII, 417). — Praefectura cotortis auxiliariae est infima militiarum equestrum. (Karbe „de centurionibus“ diss. Hal. 1880 pg. 23).

De militiis equestribus v. Liebenam (diss. Bonnens. 1882 pg. 9.) Sunt autem: praefectura cohortis, tribunatus legionis et militum, praefectura alae, inde a temporibus Septimii Severi centurionatus.

Nolanorum dato ab imperatore Antonino Aug. Pio. — cf. J. N. 1136. C. Neratio — Maximiliano patron. coloniae.

11) Vibone (in Bruttiorum oppido) (trib. Aem.) X, 53.: Qu. Muticilio Qu. f. Aem. Sex. Decciano quinqu. cens. potest., quaest. pec. publ., equ. publico honorato ab imper. divo Hadriano, adlecto in decurias ab imper. Antonino Aug. Pio, patrono municipii ob amorem patriae. —

12) Auximi (trib. Vel.) IX, 5831. M. Oppio Capitoni Qu. Tamudio Qu. f. T. n. T. pron. Vel. Milasio Annio Severo equo publ., judici selecto ex V decuriis, praef. fabr., pontif., quinqu. II, quaest. IIII, patrono colon. et patr. colon. Aesis et municip. Numanat., item quinquennali coloni ob merita ejus . . . . . d. d." — Idem nominatur IX, 5832. quo in titulo deest nomen „Milasii", sed additur „trib. leg. VIII Aug." et „plebs Treiens patrono municipii, curatori ab imp. Antonino Pio." —

Sacerdotalibus tantum honoribus municipalibus functus est T. Desticius Severus, cui primis fere annis imperantis Marci Aurelii positus est titulus:

13) Concordiensis (col. Julia Concordia in trib. Claudia censebatur) V, 8660. T. Desticio T. f. Claudio Severo primipilo leg. X Gem., subpraef. vigil., procur. Aug. prov. Daciae, supprocur. prov. Raetiae [1]), flam. divi Hadriani, pontifici, patrono coloniae.

Commodo imperante:

14) Camerinum (trib. Quir. [2])) Wilm 2109. C. Vejanio C. f. Cor. Rufo flam., aedili, IIII viro j. d., patrono municipii et complurium civitatum, equo publ., curat. reip. Plestinorum [3]) dato a maximis impp. Antonino Aug. et (Commodo) Antonini Aug. filio, flamini divorum Augg. —

---

[1]) Provinciae Raetiae praefuit procurator usque ad imperatorem M. Aurelium, qui legato Augusti propraetori administrationem provinciae mandavit. cf. Marqu. „R. St. V." I^2 pg. 134 sq.

[2]) Grotefend „Die röm. Tribus in historischer und geographischer Beziehung" in „Zeitschr. für Altertumsw." 1836 N. 115 pg. 926.

[3]) Pro verbis „equo publico" et „Plestinorum", quae Wilm. praebet, Orellius „Aequorum" et „Aletrinorum" scripsit (Or. Henz 2172).

Secundi vel tertii saeculi esse videtur titulus:

15) Firmum Picenum (trib. Vel.) IX, 5367. T. Appalio T. f. Vel. Alfino Secundo, proc. Aug. XX hered., proc. Alpium Atrectianarum — praef. alae I Aug. Thrac., trib. coh. I Aeliae Britton., praef. coh. IIII Gallor., patrono coloniae, flam. divor. omnium, aug., II vir quinqu.

Ejusdem fere aetatis titulus, qui sequitur, num revera hoc loco afferendus sit, dubium est, cum de tribu Fori Sempronii, et Clustumina et Pollia appellata, aliquid certi non constet:

16) Forum Sempronii (trib. Clustum.?) Wilm. 694.: C. Hedio C. f. Clust. Vero equo publ., praef. equit alae Indianae Piae Fidelis, trib. mil. leg. II Trajan. fort. — II riro, II viro quinqu., quaest., patrono municipii, flamini. —

Tertii saeculi est:

17) Interamna Nahartium (trib. Clustum.). Wilm. 2097 T. Fl(avio) T. f. Clu. Isidoro, equ. Rom., patri duorum equ. publ., omnibus honoribus honeste functo, quinqu. II auguri, sacerd., pontif., praet. sacror., patrono municipii Interamnat. Nahart., Casuentinorum, Vindenatium — dedic. VIII id. Sept. Sabino II et Venusto coss [1]).

Incertae aetatis sunt hae inscriptiones:

18) Bergomum (trib. Voturia) V, 5126. C. Cornelio C. f. Vot. Miniciano praef. coh. I. Damasc(enorum), trib. mil. leg. III Aug., praef. fabrum, cur. r. p. Otesinorum, IIII viro j. d. pontifici, flamini divi Claudii Bergomi patrono, flamini Trajani Mediolani plebs urbaua.

19) Ibid. V, 5138. M. Maesio M. f. Vot. Maximo praef. fabr., IIII vir j. d., quaest., patrono.

20) Falerio (trib. Vel.) IX, 5445. M. Fabio M. f. Vel. Maximo aedilitate remissa II vir, praef. fabrum, plebs patrono col.

---

[1]) A. 240 p. Chr. Vettius (?) Sabinus II et Venustus consulatum gesserunt (C. J. L. III, 5942).

21) Croto (trib. Corn.) X, 110 L. Lollio L. f. L. n. L. pron. Cor. Lollio Marciano equo publ. ornato, patron. col., omnibus honoribus functo.

22) Comum (trib. Qufent.) V, 5267. L. Calpurnius L. f. Quf. Fabatus VI vir, IIII vir j. d., praef. fabr., trib. iterum leg. XXI Rapac., praef. cohort VII Lusitan. et nation. Gaetulicar. sex, quae sunt in Numidia, flam. divi Aug., patroni municipii.

23) Ariminum (trib. Ani.) Wilm. 2123. C. Galerio C. f. Ani. Juliano equo. publ., quaest., II viro, cur. Sarsinatium, cur. Salonatium, flam., patrono col. Aug. Arimini.

24) Sulci (trib. Quir.) X, 7519. T. Flavio T. f. Quir. Septimio IIII vir j. d., flam. Aug., pontif. sacrorum, equo publico exornato, patrono municipii.

25) Ibidem X, 7518. C. Cornelio Quir. Marcello — IIII viro II j. d., flam. Aug. II, pontifici sacrorum publicor. faciendorum, patrono municipii decur. decreto cooptato et adlecto in V decurias et inter sacerdotales prov. Sardiniae ob merita ejus in rep. Sulcitani.

26) Parentium (trib. Lemonia) Wilm. 2135. C. Cantio L. f. Lem. Septimino equo publ., flam., patrono colon. Jul. Parenti, curiali veteri Parenti, omnibus honoribus municipalibus functo, praef. et patr. colleg. fabr.

27) Tridentum (trib. Papiria) V, 5036. C. Valerio C. f. Pap. Mariano honores omnes adepto Tridenti, flam. Rom. et Aug., praef. quinqu., auguri — decurioni Brixiae, cur. reip. Mant(uanorum), equ. publ., praef. fabr., patr. colon.

28) Pola (trib. Velina?) V, 47. L. Menacius L. f. Vel. Priscus equo publ., praef. fabr., aed., II vir, II vir quinqu., trib. milit., flamin. Augustor., patrono colon.

29) Thamugas (trib. Papiria) VIII, 2407. Qu. Sulpicius Licinius L. f. Pap. Felix, equ. Rom., flam. perp. in duabus splendidissimis civitatibus col. Thamug. et municipii Lambaesitani, in colonia autem Thamug. etiam omnibus honoribus perfunctus patronus.

30) Pisaurum (trib. Camilia) Or.-Henz. 4069 = Wilm. 2112 T. Caedio T. f. Cam. Atio Crescenti equo publ., patrono colon. et primario viro, quaest., II vir. quinqu., patrono sevir. August. itemque collegii fabr. cent. —

31) Industria (trib. Pollia) V, 7478. C. Avilio L. f. Pol. Gaviano flam. divi Caes. perpetuo, patr. municipii, trib. milit. leg. III Gallicae.

32) Forum Julium (in prov. Gallia Narb. situm) trib. Volt. Herzog „G. N." app. epigr. n. 106. Qu. Solonio Qu. f. Volt. Severino ex V decuriis, equo publ., luperco, IIII viro ab aerario, pontif., flam. prov. Narbonensis, tribuno milit. leg. VIII Augustae civitas Foropopiliensium patrono.

Patroni, qui afferuntur in titulis

Marruvino (Marsorum. trib. Sergia) IX, 3671. Titiae Philete Qu. Lucilius Qu. f Serg. Gallus primip., praef. castr., IIII vir quinqu., patronus municipii matri optimae

et Reatino (trib. Quir.) IX, 4686. L. Oranio L. f. Quir. Justo primip., praef. castror. leg. III, cur. Laurenti Lavinati, sacerd. flamini, augustali pleps urbana patrono —

num in numero hominum dignitatis equestris habendi sint, dubium est; praefecturam enim castrorum, quam illi gesserunt, fuisse munus equestre alii viri docti, summum gradum munerum ordinis plebeji alii putant [1]),

b) His enumeratis ad eos patronos equestris dignitatis progrediamur, qui quidem, in quibus oppidis patronatus dignitate functi sunt, etiam nati essė videntur, sed honores municipales non susceperunt.

33) Augusta Taurin. (trib. Stellatina) V, 7003 = Or. 3568. L. Gavius B. f. Stell. Silvano [2]) primipilari leg. VIII Aug. tribuno coh. II vigilum, trib. coh. XIII urban., trib. coh. XII praetor. donis donato a divo Claudio bello Britannico — patrono coloniae.

34) Saldae (trib. Arniensis) VIII, 8934 = Wilm. 1254. Sex. Cornelio Sex. f. Arn. Dextro proc. Asiae, juridico Alexandriae, procur. Neaspoleos et Mausolei (sc. Alexandriae),

---

[1]) cf. Joh. Karbe „de centurionibus Romanorum." diss. Hal. 1880 pg. 20 sq.

[2]) L. Gavius tribunus coh. praetoriae a. 65 p. Chr. mortem sibi ipse conscivit (Tacit. „annal" XV, 71). — In verbis „coh. XII praetoriae" numerum „XII" errore irrepsisse, cum omnino IX tantum cohortes praetorias fuisse constet (Tac., „annal." IV, 5), recte Nipperdejus in edit. sua Taciti (annal, XV, 50, adn. 19) adnotavit.

donis militar. donato a divo Hadriano ob bellum Judaicum hasta, pura et vexillo — patrono coloniae.

35) Bovillae (trib. Quir.) Wilm. 684. C. Dissenio Quir. Fusco, praef. fabrum, curat. et patrono Albani Longani Bovillenses. — Eundem Dissenium invenimus in titulo ibidem invento Wilm. 1750; — locus assignatus ab C. Dissenio C. f. Quir. Fusco, curat. reipubl. Bovillensium. Dedicatus VIII k. Januar. Sex. Sulpicio Tertullio Qu. Tinejo Sacerdote coss. (a. 158 p. Chr.)

36) Concordia (trib. Claudia) V, 8659. P. Cominio P. f. Claud. Clementi, praef. classium praet. Misenens. et Ravenn., praeposito a cens., proc. Aug. XX heredit., proc. Aug. provinciae Lusitaniae, procur. prov. Daciae Apolensis — omnibus equestribus militiis functo, pontif., patrono coloniarum Concordiae, Aquilejae, Parmens., Venafr. ordo Concordiensis [1]).

37) Malaca (trib. Quir.?) II, 1970 (= Henz. 6928). L. Valerio L. f. Quir. Proculo praefecto coh. IIII Trachum Syriacae, trib. mil. leg. VII Claudiae piae fidel. — procur. prov. Cappadociae, proc. prov. Asiae, — praef. Aegypti respublica Malacitanorum patrono d. d. [2])

38) Atina (trib. Teret.) X, 5064. M. Tillio M. f. Ter. Rufo, centur. leg. XX Val. — equo publ. exornato et donis donato ab impp. Severo et Antonino Augg. — patrono municipii. Dedic. ipse X kal. Jun. imp. Antonino III cos. (208 p. Chr. n.)

39) Aesernia (trib. Trom.) J. N. 5023. D. M. G. Decri C. f. C. n. Tro. Crispi, praef. fabr., equo publ., patroni municipii.

40) Cajatia (trib. Faler.) X, 4579. Qu. Gavio Qu. f. Fal. Fulvio Proculo trib. coh. XV Vol., trib. leg. VIII Aug.

---

[1]) Quod post Septimium Severum procurator Lusitaniae semper significatur „procur. Lusitaniae et Vettoniae“ (Marqu. „R. St. V.“ I[1] pg. 106 adn. 4), haec inscriptio ante illud tempus insculpta sit necesse est. Neque vero ante Marcum Aurelium (sive jam Antoninum Pium), qui Daciam in tres partes: C. Porolissensem, Apulensem, Maluensem divideret (cf. Marqu. „l. l. I pg. 153 sq.), hunc titulum esse positum ex verbis „Daciae Apolensis“ apparet.

[2]) Hunc titulum II saeculo exeunti adscribit Hübnerus.

decuriones et augustales et populus Cajatinus patrono munif.

41) Bellunum (trib. Pap.) V, 2044. C. Fl. Hostilius Pap. Sertorianus Laur. Lavin. p. equ. R. m. (= patronus eques Rom. municipii).

42) Paestum (trib. Maec.) X, 483. M. Tullius M. f. Maecia Cicero equ. Rom., patr. col.

43) Cornus (trib. Quir.) Or.-Henz 5196. Qu. Sergio Qu. f. Quir Quadrato equ. R., patrono civitatis adlecto ab splendidissimo ordine Cornensium.

44) Ausculum (trib. Pap.) IX, 669. L. Vinnio L. f. Pap. Frontoni aed. j. d. ob merita Vinni Flaviani patr. municipii, trib. milit., patris ejus.

45) Compsa (trib. Gal.) IX, 1006. M. Oppius Gal Marcellinus splend. eques Rom. — cur. civitatum complurium, princeps col. Aeclānensis, patronus Compsinorum, Fratuentinorum, Neretinorum.

46) Juvanum (trib. Arniens.) IX, 2959. Cn. Poppaedio Qu. f. Arn. Maximo equo publ., patrono munic. Juvanensium.

47) Vienna (trib. Volt.) Herzog „G. N." app. n. 502. Locus datus decr. decur. . . . . Volt. Creticus trib. milit. leg. XXX.

48) Album Ingaunum (trib. Publ.) V, 7784. P. Mucio P. fil. Publ. [1]) Vero aequiti Romano aequo publico, patrono municipii, trib. leg. III Gall., censitori prov. Thraciae, civi optimo semper pro municipii incolumitate sollicito.

In iis, qui sequuntur, titulis quamquam omittitur tribus, tamen ex verbo „civi" patronos in iisdem oppidis, quorum patronatum gesserunt, natos esse vel domicilium habuisse concludi potest:

49) Urcitanum Majus (Bullet. épigr. de la Gaule 1882 pg. 291: M. Attio Corneliano praef. praetorio, eminentissimo viro, civi et patrono ob incomparabilem erga patriam et cives

---

[1]) Ita enim cum Petr. Gioffredo (cf. adnot. critica ad h. tit.) legendum esse mihi videtur, cum, quod ab aliis inscriptionum editoribus traditur „P. Muc. P. Sii Publico", a ratione titulorum, qui nomen, nomen patris, tribum afferre solent. recedat.

amorem respublica coloniae Marianae Aug. Alexandrinae [1]) Urcitanorum Majorum.

50) Aufidenae IX, 2803. D. Fl. Severo v. p. statuam — ponendam ordo et populus Aufidenatium censuit civi et patrono.

51) Thibursicum VIII, 1439. Qu. Acilio C. f. Pap. Fusco v. e. proc. annonae Auggg. n. n. n. (sc. „Severi, Caracallae, Getae" ex conjectura Wilmannsi „exempla" 1282) Ostiensium — respublica municipii Severiani Antoniani Thiburs. civi et patrono.

c) His, quos adhuc attuli, patronis omnibus (exceptis 49—51) tribus addita erat. Nunc nonnullos enumerabo. qui in iisdem oppidis, quae patrocinio defenderunt, si non nati — nam patria eorum, cum tribus omissa sit, definiri non potest — attamen municipalibus rebus praefuerunt:

52) Invenimus autem circ. a. 751 ab. urb. c. coloniae Pompejorum patronum M. Holconium Rufum [2]), qui ibidem quinquies II viratum, bis quinquennalitatem, sacerdotium Aug. Caesaris, (quod in alio titulo ejusdem hominis X, 948 flaminatus Aug. nominari videtur) gessit. — Ejusdem generis sunt tituli, quos posuerunt oppida:

53) Aquinum J. N. 4336. Qu. Decio Qu. f. M. n. Saturnino pontif. minor. Romae — praef. fabr. — IIII vir. j. d. Veronae, quaest. bis, II vir. iter quinqu., praef. quinqu. Ti. Caesaris Augusti, iter Drusi Caes. Ti. f., tertio Neronis Caesaris Germanici f. [3]) pontif., flamin. Romae et divi Aug. perpetuo ex auctoritate Ti. Caes. Augusti et permissu ejus cooptato coloniae patrono publ. d. d.

54) Terventum IX, 2600. D. m. s. C. Pomponii C. f. Vitalis flaminis divi Vespasiani, aedil. Terventi, C. Pomponii C. f. Marcellini equ. publ., patroni municipii Terventi aedilis C. Pomponius C. f. Vitalis curator viae Trajanae Patasinae, patronus municipii et omnibus honorib. in municipio Terventi functus, flamen divi Trajani.

---

[1]) Cognomen „Alexandrina" col. Urcitanum ab. Alexandro Severo cepit.

[2]) X, 830. — De tempore tituli v. J. N. index s. v. „Pompeji".

[3]) De praefectis quinquennalibus imperatorum et filiorum imperatorum cf. Zumptius „commentat. epigr." 1850 pg. 137.

55) Bovianum J. N. 4987 = IX, 2564. Imp. Caesar. Vespasiano Aug. pontif. max., trib. pot. VI, cos. V., design. VI, imp. XIIII p. p. cens [1]) — C. Marcelli — praef. coh. III Altianorum, II viri j. d. quinqu., patroni col.

56) Praeneste. Wilm. 1273. T. Flavio T. f. Germano, curat. triumphali felicissimi Germanici secundi (imp. M. Aurelii Commodi Antonini Aug. Pii) — exornato sacerdot. splendidissimo, pontif. minor. — aed. II vir, flam. divi Aug., II vir quinqu., patrono coloniae.

57) Superaequum J. N. 5473 v. supra. pg. 9. — Vibius Severus et Vibius Nepos, patroni Superaequi, in eodem oppido summos honores municipales (aed., IIII viratum et quinquennalitatem) gesserunt.

58) Itemque nihil statui potest de patria P. Mammii Aufidii Prisci — hoc enim nomen ex titulo IX, 3180 adjiciendum esse verba „pecunia Mammiana" indicare videntur — cui Corfinii, postquam ibidem pontificatum, curam calendarii, aedilitatem, praefecturam IIII viratus j. d. susceperat, patronatus delatus est. IX. 3160.

His addendi sunt tituli reperti:

59) Allifis X, 4619. M. Aulio M. f. Albino praef. coh. I Breucorum, II vir quinqu., quaest., cur. reip. Cubulterinorum patrono et Allifis II vir quinqu., quaest., patrono.

60) In Condeatium pago Wilm. 2219. L. Besio Superiori Viromando equ. R. omnibus honoribus apud suos functo — patrono Condeatium et Arecarior. Lugd. consistentium.

61) Telesiae IX, 2232. — uxori M. Aemilii Urbani spl. equ. R. II vir. patr. coloniae.

62) Dyrrhachii III, 61. Epidammo Sy(ro) equ. R., aed., II vir quinqu., flam., aug., patrono col. Dyrrhachii.

Cum his titulis supra scriptis titulus Veliternus (X, 6555) discrepare videtur; praebet enim tribum patroni M. Ofasii Cossini. Neque vero, num Velitrae fuerint patria hujus patroni, dijudicari potest, cum de tribu, in qua censebantur Velitrae, nihil constet. Est autem titulus:

---

[1]) Has dignitates gessit Vespasianus a. 74 p. Chr. n. (cf. Ephem. epigr. IV n 807.)

63) M. Ofasius Firmus Marus Cornelius Mari f. Clu: Cossinus praef. fabr., trib. mil. leg. Gem. Victr., cur. lusus juventutis, II vir, patronus colon.

Atque L. Marcius Simplex tribui Arnensi adscriptus, cui titulus Thuggae dedicatus est:

64) VIII, 1494 L. Marcio Qu. f. Arn. Simplici patrono pagi et civitatis, flamini perpetuo, flam. divi Aug. col. Juliae Carthaginis; aedili, in V decur. ab. imper. Antonino Aug. adlecto, ob egregiam ejus in se munificentiam pagus et civitas Thugga"
num ibidem natus sit, dubium est, quod, qua in tribu censum professa sit Thugga, nescimus. —

d) Complures equites Romanos in alio oppido natos esse, in alio et patronatus dignitatem et municipales honores muneraque gessisse, docent tituli harum urbium:

65) Arimini (trib. *Ani.*) Wilm. 2215 a. L. Betutio L. f. *Pal.* Furiano princip. leg. I Ital., II vir quinqu. j. d., IIII vir aed., cur., pontif., flam. divi Nervae, patrono colon.

66) Tiburis (trib. Ani?) Wilm. 1809. T. Sabidio T. f. *Pal.* Maximo scribae qu. sex prim., bis praef. fabrum, pontif. Salio, cur. fani Herculis, tribuno aquarum, quinqu., patrono municipii.

67) Auximi (trib. *Vel.*) IX, 5841. L. Praesentio L. f. *Lem.* Paxto L. Attio Severo praef. coh. I Afric., Rom. equ. — praet. Auximi, patron. coloniae — aedil. II vir Anconae.

68) ibid. IX, 5835. Qu. Plotio Maximo *Coll.* Trebellio Pelidiano equo publ., trib. leg. II Trajan. fort. — quinqu., patrono colon. et suo, pontif., collegium fabr. Auxim.

69) Ferentini (trib. *Poblil.*) Wilm. 1620. T. Pontius T. f. *Pal.* Sabinus — eques Rom. — donis donatus expeditione Parthica a divo Trajano — procur. prov. Narb.. IIII vir j. d. quinqu., flamen, patronus municipii.

70) In colonia Equestri, quae in eadem tribu (Corn.) censebatur, natus est, sed Viennae patronatum gessit: T. Julius T. f. Corn. Valerianus patr. col., II vir aerar., III vir locorum publicor. persequendorum, trib. mil leg. VI victr. — (Herzog „G. N." app. ep. n. 590.)

71) Volcejorum (trib. *Pompt.*) X, 416. P. Otacilio P. f. *Pal.* Rufo aedil. IIII vir j. d. II quinqu., flam. perpetuo divi

Hadriani ab eodem equo publ. honorato, cur. kalend. r. p. Aeclanensium electo a divo Pio, patrono municipii.

72) Iaderi (trib. *Serg.*) III, 2932. C. Vettidio C. f. *Tro.* Maximo equum publ. habenti, praef. II viro, II viro quinqu., patrono coloniae.

73) Peteliae (trib. *Corn.*) J. N. 247. M. Antonio A. f. *Pomp.* Pelagiano II vir quinqu., equiti Rom., cur. reip. et patrono — plebs Petelinorum.

Qua ex enumeratione apparet, hanc fuisse condicionem patronorum equestris ordinis, ut omnes fere cum iis, quorum patronatum suscipiebant, oppidis aliquid rationis haberent, ita, ut alii, quorum maximus est numerus, ibidem etiam nati essent (1—51), alii, si ibidem non nati, at certe municipales honores munerave gererent (52—73). Cujus rei causa quae fuerit, facile inveniri potest. Quis enim dubitat, quin patroni commodis urbium servire earumque partes agere eo magis studuerint, quo artius cum illis coniuncti erant? Quare municipibus esse emolumento videbatur, ex equitum Romanorum numero eos imprimis eligere patronos, quos vel amore ejusdem patriae urbis vel honoribus mandatis mandandisve impulsos omnes patronatus partes summo studio acturos esse spes erat. — Sed nonnulla invenio exempla equestris ordinis patronorum, quae illi mori, quem municipes in eligendis ex equitum numero patronis secutos esse suspicor, repugnant; exhibent enim equites, qui in eo oppido, cujus patronatus iis mandatus est, neque nati erant neque ad honores municipales accesserant. Cujus generis exempla sunt haec:

74) Calama (trib. *Pap.*) VIII, 5363. Cn. Domitio C. f. *Quir.* Victori, praef. coh. VI Britton., trib. mil. leg. X Fretensis, trib. mil. leg. III Cyrenaicae Calamenses patrono.

75) Minturnae (trib. *Teret.*) X, 6090. L. Villio C. f. *Trom.* Atiliano, praef. fabr., praef. coh., trib., patron. coloniae.

76) Antium (trib. *Quir.*) Wilm. 1275. M. Aquilio M. f. *Fabia* Felici accens. equit. Roman., praef. class. praet. Ravennat., procur. patrim. bis proc. hered. patrim. privati, proc. operum publ. [1] — patrono colon. ob merita ejus Antiates.

---

[1]) Aquilium Felicem a. 193 p. Chr. procuratura operum publicorum functum esse, Wilm. ad 2840 adnotat.

77) Aequiculi (trib. *Claudia*) IX, 4885. Qu. Livio Qu. f. *Pal.* Velennio Pio Severo ducenar., trib. sem. leg. XXII primig. [1]), praef. sem. coh. I classic., patrono Aequiculanorum. cf. etiam IX, 4886.

Omnes hi militaribus tantum muneribus functi sunt, municipalia nusquam acceperunt. Ut autem ad patronatum oppidorum, ubi neque nati erant neque honores gesserant, pervenirent, fortasse propterea factum est, quod consummatis stipendiis in illis oppidis consederant ibique, ut omnes, qui militaribus honoribus functi erant, valde honesta condicione utebantur, nisi jam hereditate illum honorem patronatus acceperant. — Alios titulos equestris dignitatis patronos exhibentes, qui tribum et munera municipalia omittunt, silentio praetereo.

C. De patronis ordinis plebeji.

Quamquam ex his, quae protuli (pg. 10) et ex multitudine exemplorum plerumque homines dignitatis senatoriae vel equestris patronos cooptatos esse apparet, tamen si quis hac multitudine exemplorum inductus credat, omnino alios viros nisi senatores vel equites ad honorem patronatus civitatum pervenire non potuisse, a vero aberret. Videmus enim jam Hübnerum in indice C. J. L. II nonnullis titulis verba „homo municipalis“ vel „incerti ordinis“ adjicientem monuisse, in compluribus provinciae Hispaniae oppidis etiam viros, qui ultra honores municipales non promoti sive ordinis plebeji essent, patrocinio urbium functos esse. Atque ut in Hispania, ita in aliarum quoque provinciarum inscriptionibus homines patronatu honorati nominantur, qui neque notis „clarissimus vir“ [2]) (senator) sive „egregius, perfectissimus vir“ (eques), neque muneribus honoribusque, qui solis hominibus duorum primorum populi Romani ordinum proprii sunt, adjectis dignitatem ostendunt senatoriam vel equestrem. Sed in hac re

---

[1]) Tribunatus legionis aetate imperatoria interdum semestris fuit. Tribuni autem semestres aeque ac tribuni legionis equestris ordinis fuisse videntur.

[2]) Sed ex eo tantum, quod nota „v. cl.“ sive „cl. v.“ desideratur, quae omnino ante Commodum imperatorem inveniri non soleat, nullo jure colligi potest patronum ullum fuisse ordinis senatorii expertem.

cavendum est, ne quis una inscriptione nisus aliquem esse hominem municipalem putet, cum interdum ex aliis titulis ejusdem viri ordo senatorius vel equester appareat, ut docet exemplum C. Silii Aviolae in titulis Themetrae civitatis allati, qui C. J. L. V, 4919 omni nota omissa simpliciter nominatur, ibid. 4920, 4921, 4022 praefecturam fabrum, tribunatum legionis III Aug. i. e militias equestres gessisse dicitur; itemque L. Annius L. f. Ouf. Rufus, cujus nomen tantum in titulo Canusino IX, 340 affertur, in alio titulo ejusdem oppidi IX, 339 nota „e. v." adjecta in equitum numero refertur. — Quare operae pretium videtur omnes titulos, qui municipes patronatum urbium suscepisse doceant, hoc loco componere, praesertim cum adhuc viri docti hominibus senatoriae vel equestris dignitatis expertibus patronatus honorem delatum esse, si non negaverint, attamen id parum respexerint.

In enumerandis autem his titulis eam viam ingrediar, ut — quod in equitibus quoque recensendis feci — tribum oppidi, ubi fieri potest et, ut cum patroni tribu comparetur, necesse videtur, apponam.

Ac primum quidem eos afferam titulos, quorum tempus certis annis circumscribi potest.

1) Aeclanum IX, 1140.

C. Quinctius C. f. Valgus [1]) patronus municipii M. Maji Min. f. Surus A. Patlacius Qu. f. IIII vir d. s. c. portas, turreis, moiros turreisque aequas cum moiro f. c.

Aetati liberae reipublicae titulum quoque Interamnae Praetutianorum, in quo inveniantur nomina exeuntia in syllabas ai, eis, om, adscribendum esse arbitror:

2) J. N. 6149. Qu. C. Poppaeei Qu. f. patroni municipi et coloniai municipibus, coloneis, incoleis, hospitibus adventoribus lavationem in perpetuom d. s. p. d.

3) Inter municipales homines referendus videtur etiam Acces Licirni filius, Intercatiae, in urbe in Hispania septen-

[1]) C. Quinctius Valgus videtur idem esse, qui cum M. Porcio Pompejis theatrum aedificavit (C. J. L. I, 1246), quod a. 70 a. Chr. factum esse Nissenus „Pompej. Studien" pg. 120 statuit. cf. Friedländer „Sittengesch. Roms" II pg. 508. — Eidem fere aetati („Sullanae vel Ciceronianae") Mommsenus quoque hunc titulum attribuit IX, 114.

trionali sita, natus, cujus tabula hospitalis, quam a. 752 ab. urb. c. cum civitate Palantina fecit, tradita est in Ephem. epigr. I, 141 (cf. Hermes V pg. 371 sqq.)

4) Lacilbula II, 1343.

Anno Cn. Cinnai Magni L. Messalae Volesi cos. XV [1]) kal. Novembr. Qu. Marius Balbus hospitium fecit cum senatu populoque liberisque eorum eosque — in fidem clientelamque recepit.

5) Pollentia (Bocchorum cicitas, — trib. incerta) II, 3695

M. Aemilio Lepido L. Arruntio cos. [2]) k. Majis ex insula Baliarum majore senatus populusque Bocchoritanus M. Atilium M. f. Gal. Vernum patronum cooptaverunt. M. Atilius M. f. Gal. Vernus senatum populumque Bocchoritanum in fidem clientelamque suam suorumque recepit.

6) Pompaelo II, 2958.

Nerone Claudio Caesare Aug. Germ. II Caesio Martiale cos [3]) VIII idus Decembres civitas Pompaelonensis hospitium renovavit cum L. Pompejo L. f. Ani. Primiano. —

7) Interamna Lirinas (trib. Teret.) X, 5411.

C. Cavarius [4]) Sex. f. Ter. Vi. . . . . Apulus IIII vir j. d., pontifex, praefectus, patronus municipii.

8) Item municipem exhibet titulus X, 792.

„Qu. Sallustio P. f. II vir j. d. quinqu. patrono“, qui titulus paucis annis antequam illa urbs obruta est, dedicatus est [5]).

9) Lanuvium Wilm. 319.

C. Cejonio Commodo Sex. Vetuleno Civica Pompejano cos. [6]) a. d. V id. Jun. Lanuvi in municipio in templo Antinoi, in quo L. Caesennius Rufus dictator III et patronus municipii conventum haberi jusserat et qu. s.

---

[1]) a. 5 p. Chr.

[2]) Consulatu functi sunt a. 6 p. Chr.

[3]) a. 57 p. Chr.

[4]) Hunc C. Cavarium (non C. Avarium, quod legitur J. N. 4195) eundem, si non esse, attamen esse posse, quem fasti Interamnates Lirinates (X, 5405) inter IIII viros a. 72 referunt, Mommsenus ad hunc titulum adnotat.

[5]) v. J. N. ind. pg. 461 s. v. „Pompeji“.

[6]) a. p. Chr. 136 consulatu functi sunt.

10) Tuficum (trib. incerta) Wilm. 2111.
C. Caesio C. f. Ouf. Silvestri, primipilari, patrono municipii, cur. viarum pontium Umbriae et Piceni allecto ab optimo imp. T. Aelio Antonino Aug. Pio imp. II [1]).

11) Usellis (in prov. Sardinia. trib. ignota) X, 7845.
Sex Sulpicio Tertullo Qu. Tinejo Sacerdote cos. [2]) k. Sept. colonia Julia Augusta Usellis hospitium fecit cum M. Aristio Balbino Atiniano eumque sibi liberisque posterisque suis patronum cooptaverunt.

12) Agbiae (trib. Arnens.) (v. pg. 8 adn. 1) aetate Antonini Pii Cincius Victor et filius ejus Cincius Felix Julianus patronatum gesserunt, quos viros, cum omni ordinis et honorum significatione careant, municipales sive ordinis plebeji fuisse, etsi non constat, tamen valde verisimile est.

13) Tibur (trib. incerta est. Ani.?) Wilm. 1810.
M. Lurio M. f. Pal. Lucretiano patrono municipii Tiburtes municipes aere coll. — Dedicata VIII kal. Aug. L. Eggio Marullo Cn. Papirio Aeliano cos. (a. 184 p. Chr.)

14) Pompaelo II, 2960.
Materno et Bradua cos. [3]) kal. Novembr. — respublica Pompaelonensis cum P. Sempronio Taurino Damanitano liberis posterisque ejus hospitium junxit eumque sibi civem et patronum cooptavit.

15) Napoca III, 685.
Imp. Caes. L. Aelio Aurel. Commodo P. f. Aug. Sarmatico Germanico maximo Britannico — P. Flavius Januarius patronus coloniae. (inter a. 185—192 p. Chr. n.)

16) Casinum (trib. Teret.) J. N. 4242 = Wilm. 2077.
L. Alfio L. f. Cor. Valentino II vir II quinqu. patrono m(unicipii) V(erulani), cur. r. p. col. Casinatium et patrono. — Ded. kal. Jun. Laterano et Rufino coss. (a. 197 p. Chr.)

---

[1]) a. 139 p. Chr. — Primipilares dignitatis equestris non fuisse, docuit Karbe „de centurionibus Rom.“ Dissert. Hal. 1880 pg. 11. — Quamquam curatores viarum majorum e senatoriis, minorum ex equestribus viris plerumque eligebantur, tamen Silvestrem ordinis equestris fuisse titulus ipse nulla re docet.

[2]) a. 158 p. Chr.

[3]) a. 185 p. Chr.

17) Auzia VIII, 9015.
Caelestibus Augustis sanct. templum — T. Aelius Longinus colon. patronus omnibus honoribus functus s. p. factum et exornatum dedicavit — anno provinciae CLXI (= a. 200 p. Chr. n.) — De eodem Aelio Longino cf. tit. VIII, 9030 a. 201 p. Chr. insculptum.

18) Perusia (trib. c.) Or. 95.
L. Vibio C. f. L. n. Tro. Gallo Proculejano patrono Perusinorum patrono, et cur. r. p. Vettonensium. — Ded. idib. Jul. imp. Aurelio Antonino Pio Felice II et Septimio Geta cos. (a. 205 p. Chr.)

19) Pola V, 56.
Cn. Mursio Qu. f. . . . . . . Plinio Miner(viano) II vir patr. coloniae — M. Nummio Senecione Albino Aiaelio (a. 227 p. Chr.)

20) Ocriculum Wilm. 675.

M. Caesolio Saturnino omnibus honoribus functo, laudabili viro — pro tantis meritis erga se ordo et cives splendidissimae civitatis Ocricolanae statuam marmoream patrono dignissimo ad perenne testimonium publ. censuerunt. — Ded. XVI kal. Dec. Marcellino et Probino coss. (341 p. Chr.)

21) Aesernia IV, 2639.
Fabio Maximo v. c. — ordo et populus curante Aurelio Pauliniano curat. et patrono. Ded. VIII kal. d. n. Constantitio Aug.? (a. 352).

22) Foro Popilii statuae et a cuncto populo (X, 4725) et a centonariis (ibid. 4724) a. Chr. 367 positae sunt C. Minucio Aeterio sen. omnibus oneribus patriae (sc. Foropopiliensium) functo, digno curiae et populi patrono. —

Primis annis tertii saeculi videtur insculpta esse inscriptio reperta:

23) Luceriae IX, 804. Aurelio H . . . tentio quaest., II viro quinqu., cur. mun(eris) mu(nifico). patrono coloniae [1]) — universus populus Lucerinus.

---

[1]) Luceriam colonia deducta est a. 203 p. Chr. Paulo post titulum dedicatum esse Mommsenus putat. (IX s. v. Luceria).

Eidemque saeculo adscribit Mommsenus (IX pg. 382) titulum:

24) Carsiolanum IX, 4067. M. Metilio Successo M. Metilii Repentini patroni coloniae filio patrono ordinis Augustalium Martinorum collegium dendrophorum Carsiolanorum patrono ob merita ejus.

25) Canusium (trib. Oufent.) IX, 339.

L. Annio L. f. Ouf. Rufo [1]), egregio viro in omni actu vitae suae, patrono coloniae. —

Hujus generis patroni titulum, quem invenio recentissimum, posuerunt:

26) Interamnates Lirinates X, 5349 „prid. non. Jul. Basso et Filippo v.v. c.c. conss. (= a. p. Chr. 408) propter multa beneficia accepta M. Sentio Redempto v. l. primario civitatis suae omnibus honoribus et oneribus curiae suae perfuncto ex origine patronatus“ — quem Sentium Redemptum ultra honores municipales progressum non esse sive ordinem plebejum habuisse verisimile est. —

Patronorum plebeji ordinis titulos, qui sequuntur, quamquam, quo anno insculpti sint, accuratius definiri non potest, tamen ante extremos secundi saeculi annos positos esse, et tribus et nomen patris adjecta docent:

27) Auximum (trib. Vel.) IX, 5840.

C. Oppio C. f. Vel Basso primipilari [2]), patrono colon., praetor. j. d. Auximi — centuriones leg. Trajanae fortis optimo et dignissimo.

28) Amiternum (trib. Quir.) IX, 4206.

C. Sallio C. f. Quir. Proculo splendidissimo viro II quinqu., patrono decurionum et populi Amiterni, sacerdoti et pontifici Lanuvinorum immuni, patrono decur. et populi Avejatium Vestinorum — patrono Peltuinatium. — De eodem cf. IX, 4399 et 4207.

---

[1]) Annius Rufus, cum in albo Canusino a. 223 inter praetextatos, nondum inter patronos enumeretur, post album incisum patronatus honorem adeptus est.

[2]) De primipilarium ordine cf. quae adnotavi ad tit. 10. — Post Trajanum titulum positum esse, ex verbis „leg. Trajanae fort.“ dilucide apparet.

29) Allifae (trib. Teret.) X, 2354.

Sex. Minio Sex. f. Ter. Silvano aed. II vir II quinqu. patr. col. Allifanor.

30) Ausculum (trib. Pap.) IX, 665.

P. Fundanio P. f. Pap. Prisco patrono municipii [1]), omnibus honoribus et oneribus functo, patrono civitatis Ausculi.

31) Cajatia (trib. Fal.) X, 4570.

P. Servilius P. f. Pal. Aprilis II vir quinqu., quaest. r. p, quaest. pec. aliment., patrono Cajatinorum, cur. kalendar. reip. ejusdem. [2])

32) Antinum Marsorum IX, 3838. (trib. Serg.)

Qu. Novio Qu. f. Serg. Jucundo patr. munic., cur. kalend., omnibus oneribus honoribusque perfuncto.

33) Cajatia (trib. Fal.) X, 4584.

C. Antio . . f. Fal. Ase(llo) more majorum patrono municipii — curat. kalendarii Cubulterinorum ele(cto ab. imp. Se)vero et Ant(onino Piis) felicibus invictis Augg.

34) Casinum (tib. Teret.) X, 5197.

L. Luccio L. f. Ter. Hibero II vir iter quinqu., patrono — sacerd. sacrorum Lavadior. — cur. r. p. Interamn. Lirin. eorumdem et patrono — Casinates. — Idem Hiberus nominatur X, 5198.

35) Paestum (trib. Maec.) X, 843.

M. Vinicio Qu. f. Maec. Rufo II vir quinqu., patr. coloniae.

36) Petelia (trib. Corn.) X, 114.

M. Meconio M. f. Cor. Leoni aed. IIII vir leg. Cor., quaest. pec. publ., patrono municipii.

---

[1]) Haec verba „patr. municipii", cum postea legatur „patrono civitatis Auscul.", ad aliud quoddam oppidum referenda esse, suo jure Mommsenus ad hunc tit. adnotat.

[2]) Cura kalendarii reip. saepe a viris equestribus administrata est: P. Mammius Aufidius Rufus eques Rom. (IX, 3180) Corfinii (IX, 3160); Otacilius Rufus equo publ. honoratus Aeclani (X, 416) ea functus est. Sed tamen pro munere equestri habendam esse curam kalendarii, nullo jure ex hac re concludi potest. — Municeps praeter illos supra allatos (n 31—33) Fabrateriae quoque curae calend. praefectus erat. Wilm. 1783).

37) Tereventum (trib. Vol.) X, 2565.

Qu. Arruntio Qu. f. Vol. Justo qu. aed. patr. col. [1]) Bovianensium Undecimanorum (suupplevit Wilm. „exempl." 2057), patron. municipii Saepin., patron. munic. Vicentin., patrono et cur. r. p. Tereventi.

38) Axati II, 1054. (trib. incerta.)

C. Juventio C. f. Quir Albino aed. II vir, munificentissimo civi municipales et incolae ob merita patrono ded.

39) Ipsa (munic. Contributum Ipsca) II, 1597.

C. Sempronio C. f. Quir. Lucretio Salviano II vir. patrono et praestantissimo civi plebs col. Ipscae.

40) Beneventum (trib. Stell.) IX, 1685.

C. Umbrio Eudrasto C. f. Stell. patrono col. Beneventanorum.

41) Aufidena (trib. Vol.) IX, 2805.

L. Mario L. f. Vol. Clementi patrono municipii.

42) Antinum Marsorum (trib. Serg.) IX, 3840.

Qu. Novio Qu. f. Serg. Successo patr. munic. omnib. honor. functo.

43) Eburum (trib. Fabia) X, 451.

T. Fl(avio) Fal. Silvano patron. munic. Ebur., II vir II quinqu., quaest.

44) Larinum (trib. *Clustum.*) IX, 737.

(T. Vibbio T. f. Qu. . . Clementi aedili IIII vir. j. d. et IIII vir quinqu. Babiae M. f. Priscae Vibbi Clementis) T. Vibbio T. f. *Clust.* Prisco aed. IIII vir j. d., quaest. et IIII vir j. d. quinqu., patrono municipii.

45) Acerrae (trib. Fal.) J. N. 3549.

Cn. Stennio Egnatio Cn. Stenni Egnati Rufi fil. Fal. Primo IIII vir. II quinqu., omnibus onerib. et honorib. functo — patrono.

---

[1]) Bovianum Vespasiano imperante colonia deducta est. Titulus igitur post illum imperatorem positus est. (cf. Momms. ad J. N. 4990).

46) Spoletium (de tribu hihil constat) Or.-Henz. 7115 (= Wilm. 2099) C. Torasius C. f. Hor. Severus IIII vir j. d. augur suo et P. Mecloni Proculi Torasiani pontif. filii sui nomine — fecit. Hunc. ob merita ejus erga remp. ordo decur. patronum municip. adoptavit.

47) Ocriculum (trib. incerta) Or.-Henz. 3852.

L. Julio L. f. Pal. Juliano IIII vir aed., IIII vir j. d. IIII vir quinqu. quinqu., II destinato, patrono municipii.

48—51) Item plebeji ordinis quin fuerint hi tres patroni Aciniponis, urbis in Hispania sitae, non dubito: M. Junius L. f. Terentianus Servilius Sabinus (II, 1347); M. Marius M. f. Quir. Fronto (II, 1348), Qu. Servilio Qu. f. Maec. Lupus (II, 1349), qui omnes Servilio Lupo excepto pontificatum et II viratum ejusdem oppidi gesserunt. Quibus addendus est patronus municipii Flavii Arvensis Qu. Fulvius Qu. Fulvi Attiani f. Gal. Carisianus (II, 1064.)

Plane incertae, fortasse inferioris aetatis sunt tituli patronos conditionis plebejae exhibentes:

52) Trebula X, 4559. L. Alfio Fannio Primo Lo. . . . quaest., curat. frumenti, II viro, omnibus honerib. et honorib. functo, sacerd. viro, patrono et curatori.

53) Auximum IX, 5853. M. Titio L. f. . . . pontifici, patrono coloniae.

54) Teate Marruc. IX, 3022. L. Caesio L. f. Marcello Laurenti Lavinat. patrono col. Teatinorum.

55) Locri X, 21. C. Oct(avius) Crescens patron. municipii, omnib. honor. functus.

56) Panhormus X, 7294. Paconio Clodiano patrono bene merenti.

57) Setia X, 8398. A. Aemilio A. f. Setini — patrono cf. X, 6035 et 6036.

52) Telesia IX, 2238. Civi optimo et erga patriam civesque obsequentissimo Titio Fabio Severo patr. col. — et ibid. 2237 T(itio) Fabio Severo patr. col.

59) Tollentinum IX, 5565. Tesseram paganicam L. Veratius felicissimus patronus paganis pagi Tollentini.

Postremo commemorandi sunt duo patroni, quos, cum munere scribae quaestorii sive aedilicii, quod munus plerumque hominibus equestris dignitatis mandatum esse constat [1]), fungerentur, equites fuisse suspicari licet. Sed quia nota „v. p." sive „v. e." sive „equo publ.", ex qua illa dignitas aperte cognoscatur, adjecta non est, inter municipes quam inter equites eos referre malim:

X, 4737 Sex. Caecilius Sex f. Quir. Birronianus scriba librar. quaest. III decuriarum quinqu. patr. col. Sinuess. — (Sinuessa). — Idem Sex. Caecilius Birronianus cum fratre Statiano patrem Sex. Caecilium Epagethum, srib. librar. tribunicium, scrib. libr. aed cur., statua honoraverunt (Wilm. 1303).

X, 6094. L. Varronio L. f. Pal. Capitoni scribae aedilic., accenso velato. II vir. quinqu., curat. aquarum, patrono coloniae. (Formiae).

Docent igitur haec exempla, inde ab extremo fere reipublicae liberae tempore usque ad quintum p. Chr. saeculum etiam municipales homines ad honorem patronatus pervenisse. — Quid autem de patria et honoribus municipalibus patronorum plebeji ordinis statuendum sit, ex enumeratione ipsa ita apparet, ut perpaucis verbis hanc rem absolvi posse arbitrer. Permultos enim homines municipales in iisdem oppidis, quorum patroni cooptati sunt, et natos esse et honores municipales gessisse videmus: 7, 25, 27—32, 34—36, 42—45; alios municipalibus honoribus muneribusve non functos item suae quemque patriae patronatum suscepisse, docent tituli: 12, 25, 33, 40, 41. — Inventium Albinum (38), Sempronium Lucretium Salvianum (39) in oppidis patronatu defensis, ut ad honores municipales accesserunt ita sive natos esse sive domicilium habuisse, ex verbo „civi" adjecto concludi posse videtur. — Neque M. Sentius Redemptus, qui Interamnae Lirinatium patronatu honoratus est (26), alio in oppido natus esse videtur; honoribus municipalibus Interamnae functus est. — Qu. Sallustius (8), Caesennius Rufus (9), Aelius Longinus (17), Caesolius Saturninus (20), Aurelius H. . . tentius (23), Alfius Fannius Primus (52), M. Titius (53), Octavius Crescens (55) muneribus municipalibus praefecti erant in iisdem oppidis, quae in clientelam receperunt; num ibidem nati

[1]) cf. Mommsen „Röm. Staatsrecht" I pg. 275.

sint, dijudicare non possumus, quod tribus nominibus non adjecta est. —

Deinde num Torasius Severus (46) Spoletii, Julius Julianus (47) Ocriculi, ubi honoribus functi sunt, natus sit, propter tribus illarum urbium ignotas non constat. Neque magis eadem de causa de patria patronorum Aciniponis et Arvae (48—51), quidquam certi dici potest; sed ibidem munera civilia vel sacerdotalia obierunt. —

Qu. Arruntius Justus (37), patronus quattuor oppidorum, cum in eadem, qua Tereventum, tribu censeretur, Tereventi quin natus sit, non dubito; quaesturam et aedilitatem non ibidem, sed Boviani gessit, cujus oppidi patronus quoque fuit. —

Idem igitur, quod in equitibus tractandis invenimus, etiam ad municipales homines pertinuisse videmus:

Municipales homines maximam partem non adepti sunt patronatum nisi eorum oppidorum, in quibus nati erant aut certe summos honores municipales gesserant. —

Sed etiam municipes ab aliis oppidis, quibuscum neque origine neque muneribus gestis conjuncti erant, patronatu honoratos esse, nonnulli tituli comprobant:

Accem. patronum civitatis Palantinae, in alio oppido natum esse jam supra commemoravimus (3). Sempronium Taurinum, quem Pompaelonenses patronum cooptaverunt (13), in urbe Damania sive natum esse sive domicilium habuisse, titulus ipse comprobat.

Alfius Valentinus (16) Casini, cujus coloniae curam et patronatum gessit [1]), natus non est, cum tribui Corneliae, Casinum Teretinae, adscriptus sit; Verulis patronatu et honoribus functus est.

---

[1]) De ratione, quae intercedebat inter reipublicae curatores et patronos, diligenter disputavit Degner „de curatore reipublicae" Dissert. Hal. 1883 pg, 63.

IV.

De patronis complurium oppidorum.

Ut unam eandemque urbem eodem tempore complurium patronorum tutela et defensione uti solitam esse, ex albis Canusino et Thamugadensi (pg. 10) intellegitur [1]), sic etiam uni viro patronatum complurium oppidorum mandari potuisse multis exemplis comprobatur: Neque enim in numero magistratuum, quos eodem tempore in duobus oppidis gerere non licebat, habebatur patronatus neque patroni officia et munera ejusmodi erant (cf. infra), ut unus vir compluribus oppidis ea praestare non posset. Itaque permulti inveniuntur viri, qui complurium urbium (sive vicinarum sive longe inter se distantium) patronatus gesserunt.

a) Senatorii viri:

1) V, 7053 . . . . . Celso [2]), aed. pleb., cereal., quaest. adlecto in ampl. ordinem ab Caes. Nerva Trajano Aug. Germ. Dacic. — omnibus honorib. functo in municipio suo Alba Pompeja, patrono coloniarum (nomina deleta sunt), item municipior. Albae Pompejae, Augustae Bagiennorum . . . . . Genuensium, Aquens. Statiell. —

---

[1]) cf. etiam titulos Dianae repertos VIII, 4589 qui a. 162 p. Chr. Fontejo Frontiniano patrono positus est, et VIII, 4591, quem a. 164/65 (v. VIII ind. pg. 1066) C. Maesio Ficatiano patrono Dianenses dedicaverunt. — Paestani a. 337 Aurelium Gentianum (X. 476), a. 344 Helpidium (ibid. 478), a. 347 Aquilium Nestorium (ibid. 477) patronos cooptaverunt.

[2]) Celsum esse consulem II a. 113 p. Chr. (L. Publilium Celsium) Borgh. putat.

2) C. Arrius Antoninus conjunxit patronatum urbium Concordiae (in Gallia cisalpina sitae) et Cirtae (in Africa):

V, 1874. C. Arrio . . . . Antonino praef. aerar. Saturni, juridico per Italiam regionis Transpadanae [1]) — ordo Concordiensium patrono optimo.

VIII, 7030. C. Arrio Antonino cos. procos. Asiae, praef. aerar. Saturni . . . . . . patrono IIII coloniarum. (sc. Cirtensium).

3) Praecellius Crispinianus Cassianus Aquilejam et Opitergium (oppida in Venetia sita), Aemonam (in Pannonia sitam) Parentium (in Istria s.) in clientelam receperat:

V, 331. C. Praecellio G. f. Pap. Augurino Vettio Festo Crispiniano Vibio Vero Cassiano c. v. III vir capitali, trib. leg. VII Gaem. [2]), patrono splendidissimae col. Aquilejae et Parentinorum, Opiterginorum, Haemonensium.

4) P. Julium Junianum Martialianum patronum duarum urbium Africae (Cirtae et Thamugadis) exhibent tituli:

VIII, 7049. P. Julio Juniano Martialiano c. v. cos. quaest. prov. Asiae — praef. aerarii et patrono republ. Cirtensium d.d. — *ibid.* 2392. P. Julio Juniano Martialiano c. v. cos. leg. Aug. propraet. prov. Numidiae, procur. prov. Macedoniae [3]) — praef. aer. — patrono coloniae et municipii respublica coloniae Thamugadensium d.d.

5) M. Caecilius Novatillianus Gordiani temporibus [4]) Beneventi et Tarraconis patronatum gessit:

J. N. 1420. M. Caecilio Novatilliano c. v. allecto inter consulares — praes. prov. Moesiae super., jurid. Hispan. citer.,

---

[1]) Arrius Antoninus praefectura aerar. Saturn. functus est a 180/88 (v. adn. ad tit.) — Juridicus per Italiam reg. Transpad. fuit inter a. 161—169 (cf. Marquardt „R. St. V." I pg. 74 adn. 4).

[2]) Quod senatorii viri inde ab Elagabali aetate tribunatu legionis fungi desierunt (Momms. „R. Staatsrecht" I pg. 449 et adn. 2), Praecellius antea vixisse videtur.

[3]) Numidia Septimio Severo imperante ab Africa separata propria provincia facta est (Marqu. l. l. I pg. 310), quare post illum imperatorem hanc inscriptionem insculptam esse putabimus. Neque post Diocletianum, quo imperante Macedonia in quattuor partes divisa est (Marqu. l. l. I pg. 163), titulus positus esse potest. — Aetate Alexandri Severi Martialianum legatum Aug. prov. Numidiae fuisse Marqu. (I pg. 311 adn. 1) suspicatur.

[4]) cf. Marqu. l. l. I pg. 104. — Wilmansius „exempla" 662 non ante medium saeculum tertium positum esse titulum, sed priorem Aureliano imperatore, qui juridicorum loco correctores in Italia instituit, fuisse statuit.

jurid. Apul. et Calabr. — splendidissimus ordo Beneventanorum privatim et publice patrocinio ejus saepe defensi.

II, 4113. M. Caecilio Nov. — v. c. leg. jurid. — splend. ordo Tarraconensium patrono.

6) Eodem fere tempore Egnatius Proculus patronatu duarum vicinarum urbium Umbriae (Pisauri et Fani) functus est: Wilm. 1215. C. Luxilio C. f. Pompt. Sabino Egnatio Proculo c. v., cur. reip. Pisauri et Fanest., leg. leg. X Gem. Gordian. — patrono coloniarum Pisaur. et Fanest.

7) Qu. Arcadius Proculus v. c. a. 321 p. Chr. patronus cooptatus est ab Hadrumetinis (J. N. 6791), Thaenitanis (ibid. 6792) Faustianensibus (Or.-Hens. 1079).

8) Fabius Maximus Allifas et Juvanum (J. N. 4757 et 5188) patrocinio defendit.

9) Nonius Verus in nonnullis Galliae cisalpinae oppidis (Mutina, Aquileja, Brixia) et in omnibus urbibus Apuliae et Calabriae patronatus honorem adeptus est:

Or.-Henz 3764. L. Nonius Verus v. cons. bis corr. Apuliae et Calabriae [1]), Venetiarum et Istriae, comes, patronus Mutinensium, Aquilejensium, Brixianorum et universarum urbium Apuliae Calabriaeque.

b) Equestres viri.

Vejanius Rufus Commodi aetate Camerini (in Umbria s.) et complurium civitatum Aequorum patronus fuit. *v. B 14.* — P. Cominius Clemens Concordiae, Aquilejae, Parmae, Venafri (in Samnio s.) patronatum gessit *v. B 36.* — Alios equites, qui a duobus vel compluribus oppidis patroni cooptati sunt, praebent tituli *B 12; pg. 9.* (L. Vibium Severum), *B 45, 17.* — His adjicere mihi liceat titulos:

IX, 1682. Vesedio Rufino v. p. — patrono splendid. civitatis Beneventanorum et Puteolanorum.

X, 4590. L. Pacidejo L. f. Ter. Carpiano [2]) splendid. equ. Rom. — patrono munic. Cajatiae, item col. Allifanorum, patr. et cur. reip. Atinatium, item Saepinatium, patron. Teanen-

---

[1]) Constantini aetate Nonius Verus corrector Apuliae et Calabriae fuit. (Marqu. l. l. I pg. 87 adn. 3.)

[2]) Propter tribum Teretinam Carpianus aut Allifis aut Atinae, quae oppida in eadem tribu Teretina censebantur, videtur natus esse. —

sium Apulum (urbium igitur Samnii et duarum Samnio finitiarum).

V, 6991. . . . . sacerd. urbis Romae aeternae Ticini, item patron. reip. Urbisalviensium, reip. Numanatium, reip. Planinensium (urbium in Piceno sitarum) — patron. reip. Aug. Taurinorum.

Or.-Henz 6747 (=Wilm. 1599). P. Aelio P. f. Pap. Marcello v. e. — patrono et decurioni colon. Apulesium, patrono civitatis Foroflaminii.

IX, 5542. Numisio Rufino — equ. publ. decur. Urbisalviae et Tollentini, patr. col. Urbisalviae et Tollentinatium.

X. 4860. L. Gabinio L. f. Ter. Cosmiano trib. leg. VII — patr. et cur. rer. publ. munic. Privernatium et Interamnat. Lirinat. — Eundem Cosmianum etiam Venafri patronatum gessisse, docet titulus Venafranus X, 4861 . . . . . L. Gabinius Cosmianus pontifex, patronus coloniae. —

c) Municipales homines:

C, 16 (Verulae et Casinum); *C, 18* (Perusia et Vettona); *C, 28* (Amiternum et Aveja Vestinorum. (vicinae urbes); *C, 30* (? et Ausculum); *C, 37* (Bovianum, Saepinum, Vicentia, Tereventum); *C, 34* (Interamna Lirinas et Casinum (vicina oppida Latii)).

Multi hujus generis patroni videntur patronatus dignitatem ab oppidis eam potissimum ob rem accepisse, quod in illis regionibus, ubi sita erant illa oppida, munera et honores gesserant: Nam Martialianus fuit legatus propraet. Numidiae, patronus cooptatus est Numidiae urbium Cirtae et Thamugadis. Nonius Verus (a. 9), corrector Venetiae et Istriae et corr. Apuliae et Calabriae, patronus cooptatus est ab oppidis Mutina, Aquileja et ab omnibus oppidis Apuliae Calabriaeque. — P. Cominius Clemens (*B 36*), cum praeesset classi Ravennati, etiam Aquilejae, in urbe prope mare sita, quam urbem fortasse saepius adiit, tanta auctoritate fructus esse videtur, ut Aquilejenses, si illi viro patronatum mandarent, summo commodo sibi futurum esse arbitrarentur; Concordiae Clemens natus erat. — Municipales homines plerumque a vicinis tantum oppidis patronatu honorati sunt; sed Arruntius Justus (*C, 37*) praeter patronatum duarum Samnii urbium, etiam patronatum Vicetiae, urbis in Venetia sitae, adeptus est.

V.

De cooptatione patronorum.

Quoniam supra (III) vidimus, qui viri patronatus honorem acceperint, hoc loco nobis quaerendum est, a quo patroni sint cooptati. Qua de re haud facile dijudicanda primus Philippius [1]) diligentius disseruit. Putat enim ille, patronos cooptatos esse non ab ordine solo, sed etiam cives participes fuisse cooptationis. Neque etiam post Tiberium, quo imperante Romae magistratuum comitia a populo ad senatum solum translata esse Tacitus [2]) narrat, quod paulo post etiam in municipiis accidisse scimus, populum ipsum, quem sibi vellet asciscere patronum, suffragia ferre prohibitum esse, sed ita cooptationibus faciundis interfuisse, ut, quamquam neque in curias distributus neque legitime per tabellam sententiam ferebat, tamen assensu et acclamatione aliquem cooptandum decurionibus significaret. — Ab hac Philippii sententia Mommsenus, qui duobus locis de hac re disputavit [3]), paulum recedit. Qui liberae reipublicae aetate in populi comitiis imprimis patronos cooptatos esse statuit; ut enim Romae, si quis antiquissimis temporibus inter patricios receptus esset, id comitiis factum esse, ita etiam in municipiis comitia populi rogante IIviro patronatum, quo quis inter municipes quasi receptus esset, detulisse. Sed jam prima aetate imperatoria hoc ita mutatum esse, ut reapse ordo solus, cui patronatus committendus esset, statueret, populus, quamquam jure ipso cooptandi patronos

---

[1]) l. l. pg. 510 sqq.

[2]) „Annales“ I, 15.

[3]) „Stadtrechte von Malaca u. Salpensa“ Abhandlungen der Königl. sächs. Gesellsch. d. Wissensch. III pg. 452 sq. et „Ephemeris epigr.“ II pg. 146 sqq.

non privatus, tamen cooptationis ipsius nullo modo particeps esset. — Quae sententiae Philippii et Mommseni cum inter se discrepent, utri sit assentiendum, videamus.

Ac primum quidem Mommseno (quamquam exempla afferri non possunt) concedendum videtur, patronos primis temporibus a comitiis populi cooptatos esse. Nam tam similis erat cooptatio patronorum receptioni plebejorum inter patricios, quam receptionem comitiis factam esse constat, ut, si quis patronos quoque a populo cooptatos esse arbitretur, minime errare videatur. Huc accedit, quod et omnes fere sacerdotes [1]) et magistratus comitiis referente magistratu ut Romae, sic in coloniis municipiisque creari solebant, quem morem etiam ipsa imperatoria aetate valuisse testatur lex Malacitana inter a. 82—84 p. Chr. scripta: C. J. L. II, 1940 l. LII: „II vir — comitia II viris, item aedilibus, item quaestoribus rogandis subrogandis hac lege habeto." Quae cum ita sint, nonne etiam patronos qui, quamquam proprie magistratus non erant, tamen non minus reipublicae serviebant atque etiam singulis civibus consulebant, a populo ipso electos esse credamus? Sed huic opinioni repugnare videtur lex coloniae Genetivae c. a. 710 ab. urb. c. data. Statuitur enim in hac lege [2]): „Ne quis IIvir neve quis pro potestate in ea colonia facito neve ad decuriones referto neve decurionum decretum facito, fiat, quo quis colonis coloniae patronus sit adopteturve praeter eum, cui colonis agrorum dandorum, atsignandorum jus ex lege Julia est, eumque, qui eam coloniam deduxerit, liberos posterosque eorum, nisi de majoris partis decurionum, qui tum aderunt, per tabellam sententia, cum non minus L aderunt, cum ea res consuletur" e.qu.s. — Videmus igitur, patronos non cooptatos esse nisi decreto a majore parte [3]) decurionum facto praeter eos, qui colonias deduxerant et agros assignaverant, eorumque liberos et posteros, qua re ipsa illi patronatus dignitatem acceperunt. Quaerendum autem est, utrum decuriones tantum an populus cum decurionibus communiter decreverint, quis patronatu honorandus esset. Quodsi quis, cum in hac lege populi nulla fiat mentio, decurionum decreto solo patronorum cooptationem factam esse concludat, haec opinio

---

[1]) cf. Herbst „de sacerdotiis Romanorum municipalibus" diss. Hal. 1880 pg. 28.

[2]) „Ephem. epigr." II lex col. Genet. c. XCVII.

[3]) Sed si qui senator senatorisve filius adoptatur, tres partes decurionum pro eo sententiam ferant necesse est: ibid. l. CXXX.

refellatur compluribus titulis, qui „senatum populumque" creasse patronos dilucide docent. Sunt autem haec exempla:

Fundi J. N. 4139. „Conscripti consensu T. Fl. . . . (praifecti) et tota praefectura — convenumis cooptamus patronum (inter a. 571—602 ab urb. c.)

Curubis VIII, 10525 . . . cum sinatu populoque Curubitano tesseram hospitalem fecit. — hi publice privatimque C. Pomponium — patronum cooptaverunt (a. 693 sive 709 ab. urb. c.)

Gurza VIII, 68 senatus populusque civitatium stipendiariarum pagi Gurzensis — patronum cooptaverunt (a. 742 ab. urb. c.)

Lacilbula II, 1343 . . . . hospitium fecit cum senatu populoque — eosque in fidem clientelamque recepit (a. 5 p. Chr.)

Bocchorum Pollentia II, 3695. Senatus populusque Bocchoritanus — patronum cooptaverunt (a. 6 p. Chr.)

(Themetra) V, 4919. Senatus populusque Thimiligensis — patronum cooptaverunt. (a. 27 p. Chr.)

V, 4922. Senatus populusque Siagitanus — patronum cooptaverunt.

Itaque, cum haec decreta omnia senatum populumque (a. 28 p. Chr.) cooptantes commemorent, illa verba legis col. Genetivae non ita intellegenda esse, ut decuriones solos cooptasse patronos putemus, sed hanc potius sententiam praebere apparet, ut, priusquam patroni proprie cooptari possent, decurionum decreto opus fuisse existimemus. — Quod decretum decurionum ut fieret, non primum illa lege institutum, sed jam antea factum esse, documènto sunt tabulae Fundana et Curubitana. Nihil aliud igitur lex col. Genetivae sibi voluisse videtur quam ut id, quod jam per longum tempus in usum venerat, praeciperet et sanciret. —

Contra inferiore, ut ita dicam, aetate populum non jam item participem fuisse cooptationis patronorum, et ex ratione et ex exemplis sequi videtur. Nam cum comitiorum populi vim et auctoritatem et Romae et in municipiis coloniisque inde ab Tiberio imperante paulatim ita imminutam esse sciamus, ut postremo comitia omnino non fierent, etiam cooptationes patronorum, ut creationes magistratuum [1]), a populo in ordinem translatas esse consentaneum videtur. Neque minus ex decretis post a. 27 p. Chr. factis, cooptationem

---

[1]) Tac. „annal." I, 15. — Primo p. Chr. saeculo magistratus municipales comitiis creatos esse comprobat lex Malacitana C. J, L, II, 1964 c. LII (v. supra pg. 40) et c. LV. — Sed postea comitiorum auctoritas plane evanuit.

patronorum aliquo modo mutatam esse, concludi potest. Pleraque enim ab his, quae supra attulimus, decretis ita differunt, ut non plane et diserte „senatum et populum“ commemorent, sed alia indefinite „civitatem vel rempublicam vel coloniam“ alia „ordinem“ solum praebeant. Quae exempla ex ordine temporis afferre mihi liceat.

A. Tituli, e quibus populum a cooptatione non plane exclusum esse suspicari possumus:

Ex titulo Themetrae reperto (V, 4919) „civitatem“ Themetram a. 27 p. Chr. hospitium fecisse cum C. Silio Aviola eumque patronum cooptasse intellegimus; itemque in titulo V, 4057 legimus: civitas Apisa Majus — patronum cooptaverunt (a 28 p. Chr.)

Gurza VIII, 69. Civitas Gurzensis ex Africa hospitium fecit — eumque patronum cooptaverunt (a. 65 p. Chr.)

Usellis X, 7845: Colonia Julia Augusta Usellis . . . . . patronum cooptaverunt (a. 158 p. Chr.)

Pompaelo II, 2960. Respublica Pompaelonensis — hospitium junxit eumque sibi civem et patronum cooptavit. (a 185 p. Chr.)

Cluniensis pagus Or.-Henz 4036. Concilium conventus Cluniensis — patronum cooptavit (a 222 p. Chr.)

Thaenit. J. N. 6792. „Decuriones et coloni coloniae Aeliae Augustae Mercurialis Thaenit. — patronum cooptaverunt. Quintus Arcadius Proculus a decurionibus et colonis col. Ael. Aug. Merc. Thaenit. hospitio et clientelaque . . . . suscepit. (321 p. Chr).

Hadrumetum J. N. 6791 (=Or.-Henz 3058): coloni coloniae Concordiae Ulpiae Trajanae Aug. Frugiferae Hadrumetinae — patronum cooptaverunt (a. 321 p. Chr.)

Faustianenses. Or.-Henz. 1079. Faustianenses — patronum cooptaverunt (a. 321 p. Chr.)

Empurium Naunae Or.-Henz. 4035 Succlamante populo Empurii Naunae offerenda tabula ahenea aerea incisa patronatus M. Salvio Balerio (=Valerio) v. splendido, cui jam dudum secundum voces ejusdem populi et voluntatem onor patronatus oblatus est. — His exemplis adjici potest titulus Aquinas, quem aetati recentiori attribuendum esse sermo corruptus indicare videtur J. N. 4342 — „huic universus populus Aquinatium tabulam aheneam patronatus traditam — censuer.“ et titulus Auximas incerti temporis: IX. 5856 „patrono, cui primo equiti

Romano post coloniam deductam decurionum consulto colonorumque voluntate patrocinium delatum est".

B. Tituli, qui ab ordine solo patronos cooptatos esse testimonio sunt:

Agbia VIII, 1548. Cincius Victor, cum ad tuendam rempublicam suam ex consensu decurionum omnium jampridem patronus factus esset (aetate Antonini Pii).

Exempla quae sequuntur, quamquam incerti sunt temporis, tamen non ante Tiberium insculpta esse, pro certo haberi potest:

Eburum Or.-Henz 344, quem ordo patronum civitatis cooptavit. —

Augusta Taurin. V, 7039. . . . huic ordo Augustanorum Taurinorum patrocinium coloniae decrevit et per legatos detulit.

Cornus Or.-Henz 5196 — patrono civitatis adlecto ab splendidissimo ordine Cornensium.

Sulci X, 7518 patrono decurionum decreto cooptato [1]."

Peltuinum Vestinorum Or.-Henz 4036 (=Wilm. 2856).

Docemur autem his exemplis A, quae ad longum tempus pertinent, populum de patronis cooptandis suffragia ferre nunquam desiisse. Verba enim „civitas, respublica, colonia, quae in nonnullis titulis leguntur, nihil aliud significare videntur quam totam civitatem i. e. decuriones et populum; neque etiam „concilium", quod in titulo Cluniensis pagi invenitur, de senatu coacto, sed de populo usurpatur. Quod autem Mommsenus statuit [2], nullius momenti atque neglegendum esse, quod in posterioris temporis decretis populus cooptationis patroni particeps fuisse dicitur, non satis recte judicasse mihi quidem videtur. An revera putandum est, in tam multis exemplis mentionem fuisse factam populi, nisi plebs, cujus in fidem et clientelam recipi vellet, aliquo modo expressisset? Attamen quominus populum, ut priore, ita etiam posteriore tempore *curiatim* suffragia dedisse putemus, prohibet illud, quod plebem inde a secundo p. Chr. saeculo, ut videtur, ad comitia convocari desiisse ejusque jura ad ordinem transiisse scimus. Quomodo autem populus ad cooptationem adhibitus

---

[1]) *v. B, 25.* Hic titulus, cum V decurias („adlecto in V decurias") commemoret, sive Caligula imperante sive post eum positus est. (cf. Momms. in commentariis, qui vocantur „Hermes", I pg. 60).

[2]) Stadtrechte v. Malac. et Salp. pg. 453.

sit, optime cognoscitur ex titulis Auximi [1]) et Corfinii [2]) repertis, qui verbis „decurionum consulto et colonorum voluntate“ et „splendidissimus ordo consentiente populo“ dilucide docent — quod jam Philippius [3]) eumque secutus Herzogius [4]) statrerunt — cooptationem patronorum revera factam esse ab ordine solo, sed ita factam esse, ut decuriones neminem nisi eum, quem populus ut patronus fieret, occasione aliqua data significaverat, crearent. — Quare id, quod in tabula Hadrumetina (J. N. 6791) legitur „coloni coloniae Hadrumetinae patronum cooptaverunt“, non recte dictum esse etsi Mommseno facile concedemus, tamen nullo modo ad id progrediemur, ut plebem consensum et comprobationem expressisse negemus.

Restat, ut qua ratione cooptatio patronorum facta sit, videamus. Qua de re quamquam, quod jam Philippius adnotavit (pg. 512), nihil certi ex titulis poferri potest atque aliis temporibus alius modus cooptandi videtur fuisse, tamen plerumque totam cooptationem tres habuisse partes suspicor. Primum decurionum decretum factum est, ut alicui patronatus deferretur, neque patronum cooptare licebat, nisi antea decurionum duabus partibus placuerat, ut praescriptum est legibus coloniae Genetivae (v. supra) et municipii Malacitani [5]). Deinde de eo, quem decuriones proposuerant cooptandum, populus curiatim suffragia tulit. Sed cum posteriore tempore, quod supra vidimus, comitia populi patronis cooptandis non jam haberentur, hanc secundam cooptationis partem omissam et cum prima ita conjunctam esse apparet, ut decuriones sive ante sive paulo post decretum aliquo modo certis legibus non praecepto et constituto sciscitarentur, num populus cooptandum patronum comprobaret. — Qui autem ita patronus cooptatus erat, is ea de re per legatos, quos illud decurionum decretum ipsum ei detulisse verisimile est [6]), certior factus rogabatur, ut honorem patronatus accipere dignaretur.

---

[1]) IX, 5856 }
[2]) IX, 3160 } supra jam allati sunt tituli

[3]) Philippi „l. l.“ pg. 511 sq.

[4]) Herzog „Gallia Narbon.“ pg. 212 „ut electio fieret a decurionibus nec nisi consensum exprimeret populus fuse considens“.

[5]) v. II, 1964 c. LXI: Ne quis patronum publice municipibus municipii Flavii Malacitani cooptato patrociniumve cui deferto nisi ex majoris partis decurionum decreto, quod decretum factum erit, cum duae partes non minus adfuerint et jurati per tabellam sententiam tulerint.

[6]) cf. J. N 6034. Peltuinum Vestinorum: „placet universis conscriptis — tabulam aeneam hujus decreti n. verba continentem offerri per Avidiacum Restitutum et Blaesium Natalem quinqu., item Numisenum Crescentem et Fl. Priscum primores ordinis n. viros“.

Postremo, ut cooptatio absolveretur et conficeretur ejusque rei quasi documentum daretur, tabula patrocinalis ahenea per legatos ad eum, qui cooptatus erat, mittebatur, pro qua accepta ipse alteram videtur dedisse municipibus. Tabulam enim in urbe Tupusuctu inventam [1]), cum Qu. Julium Secundum hospitium fecisse cum decurionibus et colonis col. Jul. Tupusuctu eosque patrocinio tuendos recepisse commemoret neque, ut in aliis ejusdem generis tabulis legimus, municipes cooptasse patronum narret, non a civibus, sed a patrono datam esse suspicor. Longum autem tempus saepe interfuit inter patronatum oblatum et tabulam traditam, ut dilucide e verbis decreti Paestani (X, 476) apparet: „jamdudum per decretum nostrum patronatus honorem Aurelio Gentiano optulimus, tabulamque aheneam subsecuturam polliciti sumus — nunc eidem offerenda est tabula patronatus“ et decreti Empurii Naunae (Or.-Henz. 4035.) „cum populus jampridem M. Valerio honorem patronatus optulerit — placet populo Empurii Naunitani tabulam aeream incisam ei offerri debere“. — Legatos omnes, et qui patronatum ipsum obtulerunt et qui tabulam tradiderunt, semper ab ordine [2]) electos esse et sive magistratus summos sive decuriones fuisse constat: Or.-Henz: 784 „placet conscriptis legatos ex hoc ordine mitti“., J. N. 6034. (Peltuinum Vestin. v. adnot. 6 antecedentis paginae): „placet tabulam offerri per — primores ordinis n. viros.“ — Wilm. 2859. „Faustianenses cooptaverunt — atque ita in hac re splend. ordo ejusdem civitatis Faust. legationem prosecutus est.“ —

---

[1]) VIII, 8837.

[2]) Quare ii tituli, qui decretum decurionum, ut tabula patronatus alicui offeratur, continent, ad dijudicandam quaestionem, a quo patroni sint cooptati, inutiles sunt; eamque ob rem in enumeratione supra a me facta omissi sunt.

VI.

De muneribus, officiis, honoribus patronorum urbium.

Patronos oppidorum, cum e patronis hominum privatorum exorti essent, etiam iisdem fere officiis atque illos functos esse consentaneum est [1]. Quare ut patronus privatus omnes causas clientium agebat, sic oppidorum quoque patronus in omnibus rebus et causis, quae oppidis in clientelam receptis cum Romanis erant, iis adesse eorumque jura et commoda ab injuriis Romanorum defendere solebat. Atque etiam saepe patronos, ut ipsi controversias, quae inter cives ipsos coloniae vel municipii exortae essent, dijudicarent et componerent, a senatu Romano admonitos esse Dionysius Hal. testatur [2]; itemque dissensionem, quae inter Pompejanos veteres et colonos eo deductos inveteraverat, ad patronos delatam esse et ab iis cognitam videmus [3]. Jam patronos jura coloniae statuisse ex exemplo Antiatium apparet, quibus, cum sine legibus certis et sine magistratibus se esse questi essent, ab. urb. c. 437 a senatu Romano patroni „ad jura statuenda ipsius coloniae“ dati sunt [4]. — Neque minus, quocunque modo urbis, quae in clientelam alicujus se dederat, aut status permutandus erat aut salus in periculum vocabatur, patronorum erat auctoritate et potestate uti et operam dare, ne quid detrimenti clientes caperent. Itaque Ciceronem, Capuae patronum, cum ab Antonio num permissum esset, ut novam coloniam Capuam deduceret,

[1] cf. Dirksen l. l. pg. 63.

[2] II, 11: *καὶ πολλάκις ἡ βουλὴ τὰ ἐκ τούτων ἀμφισβητήματα τῶν πόλεων καὶ ἐθνῶν ἐπὶ τοὺς προισταμένους αὐτῶν ἀποστέλλουσα τὰ ὑπ᾽ ἐκείνων δικασθέντα κύρια ἡγεῖτο.*

[3] Cicero „pro Sulla“ 21.

[4] Liv. IX, 20.

interrogatus esset, jura clientium ita defendisse videmus, ut id fieri non posse, sed novos colonos veteribus adscribendos esse responderet [1]. — Atque etiam ex multis titulis patronos omni modo a periculis et detrimentis defendisse oppida eorumque commodis et utilitati serviisse, cognoscimus, ut legitur in titulo Beneventano [2] „privatim et publice patrocinio ejus saepe defensi Beneventani" et in titulo a. 395 p. Chr. Genusiae insculpto [3] „singulos universosque tuetur et fovet". — Peltuinates autem a Nummia Varia, quam patronatu urbis honoraverunt, petunt, ut, in quibuscunque rebus ratio exegerit, intercedente auctoritate dignitatis, omnes cives tutos defensosque praestet [4], et Salernitani Arrio Mecio Graccho patrono statuam dedicaverunt, qui civitatem illorum, quae destituta et defessa jacuerat, ad splendorem revocavisset [5]. Neque ullo modo statum civitatis altiorem cultioremque reddi posse, nisi cives industriorum virorum patrocinio fulcirentur, Paestanis persuasum erat [6]; quod revera factum esse a patrono Aelio Aeliano Archelao Marco titulus Volturni repertus [7] docet, qui illum cumulasse reipublicae vires commemorat. Idem patroni curabant, ut vectigalia quaedam et tributa civibus imposita deminuerentur vel remitterentur, ut M. Sentius Redemptus Interamnates Lirinates ab indictione auri argentique liberos reddidisse dicitur [8]. — Praeterea permulta inveniuntur exempla, quae patronos oppida operibus omnis generis publicis adjuvare et ornare atque de civibus donis datis bene mereri solitos esse docent. Allifis [9] enim medio fere quarto saeculo (cf. IX, 2639). Fabius Maximus patronus moenia publica condidit, idemque Juvani [10] moenia publica restauravit. Capuenses statuis honoraverunt patronos Postumium Lampadium v. c. consular. Campaniae restitutorem patriae et redintegratorem operum publicorum [11] et Jul. Aur. Auxontem Leonidam, v. c., quaestorem, praetorem, institutorem novorum ac renovatorem operum

---

[1] Cic. „Phil." II, 40 § 102.

[2] J. N. 1420 (v. pg. 41 u. 5.) Gordiani aetati hunc titulum adscribit Marquardtius „R. St. V." I pg. 104. (cf. supra pg. 41 adn. 4.)

[3] J. N. 591.

[4] Wilm. 2856 = Or.-Henz. 4036 = J. N. 6034.

[5] X, 520. — Hujus tituli sermo quartum vel quintum saeculum indicare mihi quidem videtur.

[6] X, 478.

[7] X, 3725.

[8] X, 5349. — A. 408 p. Chr. inscriptio insculpta est. (v. C, 26.)

[9] IX, 2337.

[10] IX, 2956.

[11] X, 3860 p. a. 333 p. Chr.

publicorum [1]). — Cf. etiam IX, 2238 patrono, cujus cura et sollicitudine omnia opera restaurata sunt. (Telesia). —

Aquae ductus autem a patronis in multis oppidis aedificatos vel renovatos esse ex his exemplis apparet:

Polae V, 47 (=*B,28*) L. Menacius Priscus — patronus coloniae aquam aug. in superiorem partem coloniae et in inferiorem impensa sua perduxit et in tutelam ejus dedit HS cccc —

Lambaesis VIII, 2661. Aquam Titulensem, quam ante annos plurimos Lambaesitana civitas interverso ductu etiam a solo novo ductu Severinus Apronianus [2]) v. p. praes. prov. Numidiae, patron. colon. restituit.

Lemellefensium civitas VIII, 8809 (tempor. dd. nn. imperr. Jul. Philippi) aqua fontis, quae multo tempore deperierat et cives inopia aquae laborabant instantia M. Aurelii Athonis Marcelli v. e. proc. Augg., rarissimi praesidis n., patroni municipii innovato opere aquae ductus, abundans in fonte est perducta.

Itemque haud raro **balneas** impensa patronorum esse exstructas videmus, ut titulus Interamnatium Praetutianorum (*C*, 2) testatur et titulus Ligurum Baebianorum patronum ignoti nominis balineum refici curasse ac sua pecunia fecisse commemorat [3]). — Cf. etiam X, 3678. —

Jam patroni in templis et sacris conservandis vel extruendis pecuniam consumere solebant, quod apparet ex titulo Cincii Victoris [4]), qui, cum patronus Agbiae factus esset, porticum templi Cereris vetustate conlapsam a solo restituit et statuam Genii curiae posuit statuamque Fortunae promisit, et ex titulo Herennii Prisci [5]), qui Puteolanis statuam Serapidis dono dedit. — Aliud exemplum v. *C*, *16*. —

---

[1]) X, 3857. Quod Axon Leonidas a quaestura statim aedilitate omissa ad praeturam progessus est, id quod inde ab Alexandro Severo imperante licuisse scimus (Momms. „R. St. R.“ I pg. 459) titulum post Alexandrum Severum positum esse apparet.

[2]) Severius Apronianus dignitate praesidis prov. Numidiae a. 306 p. Chr. functus est (v. VIII, 5556 et 7965. — Marqu. l. l. I pg. 311 adn. 3). — Numidia, quae antea cum provincia Africa nomine dioeceseos conjuncta erat, saeculo III (Septimio Severo imperante) nomen provincia accepit (Marqu. l. l. I pg. 310) — cf. pg. 41 adn. 3.

[3]) J. N. 1356 = IX, 1466.

[4]) VIII, 1548 = pg. 8 adn. 1.

[5]) X, 1193.

Deinde **cura** quoque operum publicorum, quae aliquis in urbe patroni fecit, et statuarum, quas oppida imperatoribus dedicaverunt, functos esse patronos videmus:

Boviani IX, 2448. Fabius Maximus v. c. a fundamentis tribunal columnatum fecit curante Arruntio Attico, patrono Saepinatium et Bovianensium.

Saepini IX, 2447 Fabius Maximus v. c. rector provinciae thermas Silvani vetustate conlapsas restituit curante Neratio Constante patrono, sumptu proprio.

Respublica autem Arsacalitanorum, quae est in numero pagorum Cirtae [1]), imperatorem Septimium Severum statua honoravit „curante leg. propraet. Qu. Anicio Fausto c. v. patrono coloniarum" (sc. Cirtensium: Rusicade, Chullu, Mileu, Cirta [2])). —

Commemorentur hoc loco etiam titulus Aeserninus (*C, 21*), quamquam e verbis ejus „curante Aurelio Pauliniano cur. et patrono", utrum Paulinianus munere curatoris an patroni fungens statuam Fabio Maximo ponendam curaverit, in medio relinquendum est.

His patronorum curis adjicienda est cura gladiatorii muneris publici, qua Minturnis Villius Atilianus patronus functus est [3]). Quas curas patroni eam potissimum ob rem videntur suscepisse, quod, qui opus aliquod faciundum curavit, saepe ipse, ut opus perficeretur, pecuniam conferre cogebatur ideoque iis occasio dabatur.

Munificentia autem ac liberalitas patronorum permultis titulis commemoratur et laudibus effertur: X, 521 „patrono mirabilis munificentiae", J. N. 3549: „patronus dedit singulis universisque civibus H centenos n. diemque ludorum plenissime exhibuit"; X, 1255 „patrono largissimo"; X, 4579 „patrono munificentissimo"; IX, 2243 „sest. XX m. decurionibus, popularibus, liberisque eorum sest. VIII m.; sed et populo passim pecuniam distribuit"; X, 6465 „patronus sest. IIII milia n. Sestinis eo consilio donavit, ut perpetuo annis singulis die natali ipsius ex usuris summae supra scriptae sportulas praesentibus dividerent; IX, 1503 „patronus triclinia fecit et epulum dedit". —

---

[1]) cf. Hermes I pg. 61. Cirtenses pagi, qui etiam nomine coloniarum vel reipublicae significantur, sunt: Fiddis, Uzelis, Mastar, Phua, Arsacale (sive Arsagale).

[2]) VIII, 6048. Qu. Anicius Faustus legatus propraet. prov. Numidiae fuit a. 201 p. Chr. (v. Momms. in „Abhandlungen der königl. sächs. Gesellschaft d. W." 1853 pq. 216 et Marquardt „R. St. V." I pg. 308 adn. 8).

Quae munera patronorum si diligentius examinamus, omnia ejus modi fuisse videmus, ut ex patronorum benevolentia et arbitrio magis essent quam legibus definiri et praescribi possent, atque eam ob rem documento esse, patronatum inter magistratus proprios recenseri non posse. —

Neque minus ex exemplis, quae modo attuli, concludi potest, falsam esse Dirksenii (l. l. pg. 62) opinionem, qua posteriore aetate patronatum nullius fuisse momenti et honoris causa tantum delatum esse censuit. Aperte enim illi tituli (pg. 45). Beneventanus, Genusinus, Peltuinas, Salernitanus, Paestanus, Interamnanus, qui omnes vel tertii vel quarti vel quinti saeculi sunt, ostendunt, oppida ex patronatu maxima commoda et utilitatem cepisse atque patronos semper summo studio enisos esse, ut, quocumque modo possent, oppidorum partes agerent salutemque augerent. —

Quod ad honores, quibus patroni in oppidis fruebantur, attinet, illam patronatus dignitatem omnium municipalium summam semper habitam esse, cum ex patronatus ipsius natura concludi potest (patronus enim non domesticis, ut magistratus, sed externis rebus oppidorum praefuit), tum verbis illius tituli Peltuinatis J. N. 6034 comprobatur: „patronatus honor, qui est apud nos potissimus". Itaque patronorum nomina in albis Canusino et Thamugadensi, in quibus decuriones ita recensebantur, ut, qui majoris essent dignitatis, hominibus minoris honoris anteponerentur, primo omnium loco relata videmus; et in titulo Aquensis pagi valde lacunoso [1]), qui a patronis et decemprimis aram genio aquarum et diis vici positam esse commemorat, patronos priore loco quam decemprimos, qui nobiles pagi sunt habendi, subscripsisse nomina invenimus. — Jam omnes fere patronos saepissime titulis et statuis („statua perpetuabilis cum pictura similitudinis ejus" [2]), „statua celeberrimo loco patriae nostrae posita" [3]), „statua ad aeternitatem meritorum ejus posita" [4]) ab oppidis honoratos esse, tam notum et apud omnes pervulgatum est, ut exempla afferre plane supervacaneum sit.

---

[1]) Bulletin épigr. de la Gaule 1882 pg. 264.
[2]) J. N. 4392. (Aquinum).
[3]) J. N. 3901. (Forum Popilii).
[4]) Wilm. 671. (Missua).

VITA.

Aemilius Oswaldus Sebastian natus sum a. d. III Non. Maj. a. h. s. LVIII Russdorfii, in vico ducatus Saxo-Altenburgensis, patre Augusto, matre Amalia e gente Weber, quam mihi primum annum agenti morte ereptam esse valde doleo. Fidei addictus sum evangelicae. Primis litterarum elementis in schola communi imbutus a viro optimo Trautloffio, qui sacerdotium pagi gessit, linguarum latinae et graecae rudimenta accepi. — Vere a. h. s. LXXIV in gymnasium, „Fridericianum" Altenburgense, quod tum auspiciis Ernesti Alberti Richter, viri humanissimi, florebat, receptus sum. Postquam per quinque annos illud gymnasium, cujus praeceptoribus omnibus semper maximam habebo gratiam, frequentavi, maturitatis testimonio instructus a. h. s. LXXIX primum Heidelbergam me contuli, ubi per unum semestre scholas audivi vv. ill.: Caspari, Erdmannsdoerfer, Fischer, Wachsmuth. — Tum Monachium transmigravi, ubi per duo semestria me docuerunt vv. dd. Bursian, de Christ, de Giesebrecht, de Prantl, Riehl, Wölfflin. Exercitationibus seminarii philologici ut interessem, benigne de Christ et Wölfflin mihi permiserunt. — Postea Berolinum profectus per bis sex menses praeceptoribus usus sum viris dd.: J. H. Droysen, Hübner, Kirchoff, Paulsen, Seek, Vahlen, Wattenbach, Zeller. Inde auctumno a. h. s. LXXXI Halas Saxonum adii ibique scholas audivi v.v. ill.: Dittenberger, Droysen, Dümmler, Haym, Hiller, Keil, J. Schmidt. Ut seminarii philogogici exercitationibus interessem, Dittenberger, Hiller, Keil mihi benigne permiserunt; in seminarium historicum per sex menses me recepit Dümmler. Praeterea societati suae me admisit Joh. Schmidt, qui insigni benevolentia me sibi in perpetuum devinxit. Quibus omnibus viris ill. optime de me meritis gratias ago quam maximas.